BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

TRENTO (DIOCESI), *Officia propria sancti Vigilii episcopi, et b. Simonis innocentis martyrum, ac sanctae Maxentiae viduae, ab omnibus ecclesiasticis in Tridentina dioecesi statutis diebus recitanda. Et ad commodiorem usum cum psalmis congesta*, Trento, Giovanni Battista e Giacomo Gelmini, 1588.

Esemplare digitalizzato:
Trento, Biblioteca comunale, T 0 op f 157

LINK: https://bdt.bibcom.trento.it/62

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA
progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

BIBLIOTECA COMUNALE DI TRENTO
UNIVERSAL SHORT-TITLE CATALOGUE
UNIVERSITÀ DEGLI STUDI DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia
FONDAZIONE CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro ("Bando Archivi 2014"), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell'Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l'University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All'interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l'Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell'edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation ("Bando Archivi 2014"), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (http://bdt.bibcom.trento.it/).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.

BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*

COMUNE DI TRENTO

Misc. T. c. 2177

BIBLIOTECA COMUNALE TRENTO

G
2 -op
f
197

K 1116617
D 1116561

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO

ex libris

K 1116617
D 1116561
Stci
T 0-op f 157

# OFFICIA
# PROPRIA
## SANCTI VIGILII EPISCOPI,
## ET B. SIMONIS INNOCENTIS
## MARTYRVM,
## AC SANCTÆ MAXENTIÆ VIDVÆ,

ab omnibus Eccleſiaſticis in Tridentina
Diœceſi ſtatutis diebus recitanda.

Et ad commodiorem vſum cum pſalmis
congeſta.

*Cum Licentia Superioritatis.*

BIBLIOTECA DELLA CITTÀ DI TRENTO







*TRIDENTI,*

*Apud Ioan. Baptiſtam, & Iacobum Fratres de Gelminis de Sabbio.*
*Anno Domini, M. D. LXXXVIII.*



# OFFICIVM PROPRIVM BEATI VIGILII,

## Epiſcopi Tridentini, & Martiris glorioſiſsimi.



In pꝛimis Veſperis.

Aña. Sanctus Vigilius, vigil ſacerdos, dies ⁊ noctes ad Chꝛiſti ouile vigilauit, nec inde lupos expellere ceſſauit. Pſalm⁹.

Dixit dominus domino meo: ſede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuoꝛum.

Virgã virtutis tuę emittet dominus ex Sion: dominare in medio inimicoꝛum tuoꝛum.

Tecum pꝛincipiũ in die virtutis tuę: in ſplendoribus ſanctoꝛum, ex vtero ante luciferum genui te.

Iurauit dominus, ⁊ non penitebit eum: tu es ſacerdos in ęternum ſecundũ oꝛdinem Melchiſedech.

Dominus a dextris tuis, confregit in die irę ſuę reges.

Iudicabit in nationibus implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multoꝛum.

De toꝛrente in via bibit: ꝓpterea exaltauit caput.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.

Aña. Sanctus Vigilius, vigil ſacerdos, dies ⁊ noctes ad Chꝛiſti ouile vigilauit, nec inde lupos expellere ceſſauit.

Aña. Beatus Vigilius cõfeſſus eſt nomen domini Jeſu Chꝛiſti: ⁊ pꝛo illo moꝛi non dubitauit.

Pſalmus.

Confitebor tibi dn̄e
in toto corde meo:
in conſilio iuſtorū, ⁊ con-
gregatione.
Magna opera dn̄i: exquiſi-
ta in omnes volūtates eiꝰ.
Confeſſio, ⁊ magnificen-
tia opus eius: ⁊ iuſtitia eiꝰ
manet in ſęculum ſęculi.
Memoriam fecit mirabi-
lium ſuorum, miſericors,
⁊ miſerator dominus: eſ-
cam dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſęculum
teſtamenti ſui: virtutem
operum ſuorum annun-
ciabit populo ſuo.
Ut det illis hęreditatem
gentium: opera manuum
eius veritas, ⁊ iudicium.
Fidelia omnia mandata
eius, confirmata in ſęcu-
lum ſęculi: facta in veri-
tate, ⁊ ęquitate.
Redemptionē miſit do-
minus populo ſuo: man-
dauit in ęternū teſtamen-
tum ſuum.
Sanctum, ⁊ terribile no-
men eius: initium ſapien-
tię eſt timor domini.
Intellectus bonus om-
nibus facientibus eum:
laudatio eius manet in
ſęculum ſęculi. Gloria.

Aña. Beatus Vigilius cō-
feſſus eſt nomen domini
Jeſu Chriſti: ⁊ pro illo
mori non dubitauit.
Aña. In memoria ęterna
erit iuſtus Vigilius: quo-
niam dominū fidelis mi-
niſter ſecutus eſt. Pſal.

Beatus vir qui timet
dominum: in manda-
tis eius volet nimis.
Potens in terra erit ſe-
men eius: generatio re-
ctorum benedicetur.
Gloria, ⁊ diuitię in domo
eius: ⁊ iuſtitia eius manet
in ſeculum ſeculi.
Exortum eſt in tenebris
lumen rectis: miſericors
⁊ miſerator ⁊ iuſtus.
Iocundus homo, qui mi-
ſeretur, ⁊ commodat, diſ-
ponet ſermones ſuos in
iudicio: quia in ęternum
non commouebitur.
In memoria ęterna erit
iuſtus: ab auditione mala
non timebit.
Paratū cor eius ſperare
in dn̄o, confirmatū eſt cor
eius: nō ꝯmouebit donec
deſpiciat inimicos ſuos.
Diſperſit dedit pauperi-
bus, iuſtitia eius manet in
ſęculum ſęculi: cornu eiꝰ
exaltabitur in gloria.

Pec-

Peccator videbit, ⁊ iraſcetur, dentibus ſuis fremet, ⁊ tabeſcet: deſideriū peccatorū peribit. Glo.

Aña In memoria eterna erit iuſtus Vigilius: quoniam dominum fidelis miniſter ſecutus eſt.

Aña Honorificauit eum Deus: ⁊ collocauit cum principib⁹ ppli ſui. Pſal.

Laudate pueri dñm: laudate nomen dñi.

Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc, ⁊ vſque in ſeculum.

A ſolis ortu, vſque ad occaſum: laudabile nomen domini.

Excelſus ſuper omnes gentes dominus: ⁊ ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut domin⁹ deus noſter, qui in altis habitat: ⁊ humilia reſpicit in cęlo, ⁊ in terra.

Suſcitans a terra inopē: ⁊ de ſtercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cū principibus: cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo: matrē filiorum lętantem.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.

Aña. Honorificauit eum Deus: ⁊ collocauit cum principibus populi ſui.

Antiph. Gratias tibi ago Chriſte: quia me dignuȝ feciſti: vt quod diu deſideraui, iam inuenirem.

Pſalmus.

Laudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: ⁊ veritas domini manet in ęternum.

Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpiritui ſancto.

Antiph. Gratias tibi ago Chriſte: quia me dignuȝ feciſti: vt quod diu deſideraui, iam inuenirem.

Capitulum.

In diebus iuſti manauerunt putei aquarum, ⁊ quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

Quem tuus digne tibi grex honorem
Luce perſoluet bone paſtor alma,
Luce, quę ſancte recolenda nobis
Gaudia reddit?

Hac die fulgens tibi porta cœli
Panditur, dum nec lapidum nefandus
Ille te nimbus, neqꝫ mortis atra
Terret imago.
Tu quidem verbo, angelicaqꝫ vita
Traxeras mortis populos ab vmbra:
Sed tuo firmaſti hodie ſalutem
Sanguine nobis.
Tu tuos ⁊ nunc miſeratus audi:
Heu vide, quę nos feriant procellę,
Quę pręmant culpę: veniam pręcare.
Et tege feſſos.
Pręſtet hoc nobis deitas beata
Patris, ac nati, pariterqꝫ ſancti
Spiritus, cuius canitur per omne
Gloria ſeclum. Amē.

℣. Ora p nobis B. Vigili.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ad Magnificat. Ana.

O pręclarum martyrem, cuius doctrina, ⁊ meritis ppl's Tridētinus fidē ſanctiſs. Trinitatis ſuſcepit.

Canticū B. Marię virg.

Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit ſpūs meus: in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillę ſuę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens eſt: ⁊ ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius a progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: ⁊ exaltauit humiles.
Eſuriētes ipleuit bonis: ⁊ diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordię ſuę.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham, ⁊ ſemini eius in ſecula.
Gloria patri, ⁊ filio.

Ana. O pręclarum martyrem, cuius doctrina, ⁊ meritis populus Tridentinus fidem ſanctiſſimę Trinitatis ſuſcepit. Oro.

Deus, qui hunc diem nobis Beati Vigilij mar-

martyris tui, atq; pontifi cis ſanguine cõſecraſti, da queſum⁹: vt eius meritis ab omnib⁹ ſemper aduer- ſis defenſi eterne vite pre mia conſequamur. Per d.

In j. veſp. nulla ſit cõme. niſi de dñica ſi occurat.

Ad Matutinum. Inuitat.

Regem martyrum dñm, qui beatũ Vigiliũ ſuper- nis hodie ſociauit choris. Venite adoremus. Pſal.

Venite exultem⁹ dño, iubilemus Deo ſalu tari noſtro: preoccupem⁹ faciem eius in cõfeſſione, et in pſalmis iubilemus ei. Regem martyrum.

Qm deus magnus dñs, et rex magnus ſuper omnes deos: qm nõ repellet dñs plebem ſuam: quia in ma- nu eius ſunt omnes fines terre, et altitudines mon- tium ipſe conſpicit. Venite adoremus.

Qm ipſius eſt mare, et ip- ſe fecit illud, et aridã fun dauerunt manus eius: ve nite, adoremus, et procida mus ante deum, plorem⁹ coram dño, qui fecit nos, quia ipſe eſt dñs Deus no ſter: nos autem populus eius, et oues paſcue eius. Regem martyrum.

Hodie ſi vocẽ eius audie ritis, nolite obdurare cor da veſtra: ſicut in exacer- batione ſecundum diem tẽtationis in deſerto: vbi tentauerũt me patres ve- ſtri, probauerunt, et vide- runt opera mea. Venite.

Quadraginta annis pro- ximus fui gñationi huic, et dixi, ſemp hi errant cor- de: ipſi vero non cogno- uerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi intro- ibunt in requiem meam. Regem martyrum.

Gloria patri, et filio, etc. Venite adoremus. Regem martyrum. Venite adoremus. Hym.

Inuicte martyr, ſupplices
Te deprecamur, annua
Benignus atq; proſperus
Sume tuorum munera.

Si nullus olim te labor,
Nec dura mors deterruit,
Dum creditas oues tibi
Lupo eripis teterrimo;

Tu nunc, adepta laurea,
Dulciq; lætus patria,
Quanto tuum libentius
Fidum gregem tutaberis?

Deo patri ſit gloria,
Eiuſq; ſoli filio,
Cum ſpiritu paraclito
Nunc & per omne ſeculũ. Amẽ.

In primo nocturno.

An. Beatus Vigilius ver bi diuini pabulum, in lucrum animarum indeſinenter diſtribuit. Pſal.

Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum: ⁊ in via peccatorum non ſtetit, ⁊ in cathedra peſtilentie non ſedit.

Sed in lege domini voluntas eius: ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo.

Et foliũ eiꝰ nõ defluet: ⁊ omnia quecunqꝫ faciet proſperabuntur.

Non ſic impij non ſic: ſed tanquã puluis quem proijcit ventus a facie terrę.

Ideo non reſurgunt impij in iudicio: neqꝫ peccatores in conſilio iuſtorũ.

Quoniam nouit dominꝰ viam iuſtorum: ⁊ iter impiorum peribit.

Gloria patri, ⁊c.

An. Beatus Vigilius ver bi diuini pabulum, in lucrum animarum indeſinenter diſtribuit.

Ana. Cęcos, ⁊ mutos, atque a dæmonibus obſeſſos crucis ſigno ſtatim liberauit. Pſalmus.

Quare fremuerunt gẽtes: ⁊ populi meditati ſunt inania?

Aſtiterunt reges terrę, ⁊ principes cõuenerunt in vnum: aduerſus dominũ, ⁊ aduerſus chriſtiani eiꝰ.

Dirũpamus vincula eorum: ⁊ proijciamus a nobis iugum ipſorum.

Qui habitat in cęlis irridebit eos: ⁊ dominus ſubſannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua: ⁊ in furore ſuo cõturbabit eos.

Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſuper ſyon montem ſanctũ eius: prędicans pręceptum eius.

Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te.

Poſtula a me, ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuã: ⁊ poſſeſſionem tuam terminos terrę.

Reges eos in virga ferrea: ⁊ tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Ser-

Seruite domino in timore: ⁊ exaltate ei cum tremore.
Apprehendite diſciplinam ne quando iraſcatur dominus: ⁊ pereatis de via iuſta.
Cum exarſerit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo.
Gloria patri, ⁊c.
Añ. Cecos, ⁊ mutos, atque a demonibus obſeſſos crucis ſigno ſtatim liberauit.
Añ. O quam multos ab immolationib⁹ impiis ad puritatẽ chriſtianę fidei perduxit. Pſalmus.
Domine quid multiplicati ſunt, qui tribulant me: multi inſurgunt aduerſum me.
Multi dicunt animę meę: non eſt ſalus ipſi in deo eius.
Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea, ⁊ exaltans caput meum.
Voce mea ad dominum clamaui: ⁊ exaudiuit me de monte ſancto ſuo.
Ego dormiui, ⁊ ſoporat⁹ ſum: ⁊ exurrexi quia dominus ſuſcepit me.
Non timebo milia populi circundantis me: exurge domine ſaluum me fac deus meus.
Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dẽtes peccatorum contriuiſti.
Domini eſt ſalus: ⁊ ſuper populum tuum benedictio tua.
Gloria patri, ⁊c.
Añ. O quam multos ab immolationib⁹ impiis ad puritatẽ chriſtianę fidei perduxit.
℣ Gloria, ⁊ honore coronaſti eum domine.
℟ Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuaꝝ.
Pater nr̃. Exaudi dñe. Iube domne. Benedictione perpetua.
De Act. Apoſtolorum. Lec. j.
A Mileto Paulus mittens Epheſuꝫ, vocauit maiores natu eccleſię: qui cum veniſſent ad eum, ⁊ ſimul eſſent: dixit eis. Uos ſcitis a prima die qua ingreſſus ſuꝫ in Aſiã, qualiter vobiſcuꝫ per omne tẽpus fuerim ſeruiens domino cum omni humilitate ⁊ lachrymis, ⁊ tentationibus: quę mihi acciderunt

ciderunt ex inſidijs Iu-
deoꝛum: quomodo nihil
ſubtraxerim vtiliuz, quo
minus annunciarē vobis,
⁊ docerem vos publice, ⁊
per domos teſtificans Iu-
deis atque Gentibus in
Deum penitentiaz, ⁊ fidē
in dominum noſtrum Ie-
ſum Chꝛiſtum. Et nunc
ecce ego alligatus ſpiritu
vado in Ieruſalez, que in
ea vētura ſint mihi igno-
rans, niſi ꝙ ſpiritus ſanctꝰ
ꝑ omnes ciuitates mihi
pꝛoteſtatur, dicens: quo-
niam vincula ⁊ tribulatio
nes Ieroſolymis me ma-
nent: ſed nihil hoꝛuz ve-
reoꝛ, nec facio animā meā
pꝛecioſioꝛem quam me,
dummodo conſummem
curſum meum, ⁊ miniſte-
rium verbi quod accepi
a domino Ieſu, teſtificari
euangelium gratie dei. ℟.
Sanctus Vigiliꝰ, ſumma
eruditione a Deo dona-
tus, inuēta diaboli longe
lateque demolitus eſt.
Et cum martyrij palma
ad celeſtia regna puenit.
℣. Gratia ⁊ virtute ſuper
na ſolidatꝰ, vicit mundū.
Et cum martyrij.
Iube domne. Vnigeni-
tus Dei. Lectio ij.

ET nūc ecce ego ſcio,
quia amplius nō vi-
debitis faciem meam vos
omnes, per quos tranſiui
pꝛedicans regnum dei.
Quapꝛopter cōteſtoꝛ vos
hodierna die, quia mun-
dus ſum a ſanguine oīum.
Non eniz ſubterfugi, quo
minus annunciarem om-
ne conſilium dei vobis.
Attendite vobis ⁊ vniuer
ſo gregi: in quo vos ſpiri-
tus ſanctus poſuit epiſco
pos regere Eccleſiā Dei,
quaz acquiſiuit ſanguine
ſuo. Ego ſcio quomā in-
trabunt poſt diſceſſionez
meaz lupi rapaces in vos,
non parcentes gregi: ⁊ ex
vobis ipſis exurgent viri
loquētes peruerſa, vt ab-
ducant diſcipulos poſt ſe.
Pꝛopter quod vigilate,
memoꝛia retinētes, quo-
niam per triennium no-
cte ⁊ die non ceſſaui cum
lacrymis monens vnum-
quemque veſtrum.
℟. Magnus Chꝛiſti ſacer-
dos, Vigilius nouale Do
minicum egregie coluit,
⁊ amplificauit. Et ideo
floꝛebit in eternum ante
Deum.

℣. Iſte

℣. Iſte eſt qui pro euan-
gelij prędicatione cõtem-
pſit vitã mundi. Et ideo.
Iube domne. Spiritus
ſancti gratia. Lectio iii.
Et nunc commendo
vos Deo, ⁊ verbo
gratię ipſius, qui potens
eſt ędificare, ⁊ dare here-
ditatem in ſanctificatis
omnibus. Argentum, ⁊
aurum, aut veſtez nullius
concupiui, ſicut ipſi ſci-
tis: quoniam ad ea quę
mihi opus erant, ⁊ his
qui mecum ſunt, mini-
ſtrauerunt manus iſtę.
Omnia oſtendi vobis,
quoniam ſic laborantes
oportet ſuſcipere infir-
mos, ac meminiſſe verbi
domini Ieſu, quoniam
ipſe dixit. Beatius eſt ma
gis dare, quam accipere.
Et cum hęc dixiſſet, po-
ſitis genibus ſuis orauit
cum omnibus illis. Ma-
gnus autem fletus factus
eſt omnium: ⁊ procum-
bentes ſuper collũ Pau
li oſculabantur eum, do-
lentes maxime in verbo
quod dixerat, quoniam
amplius faciem eius non
eſſent viſuri: ⁊ deducebãt
eum ad nauem. ℟. Hic
totus ad ſuperna conuer-
ſus, beatitudinẽ illic quę-
ſiuit, ⁊ inuenit.
Fundatus enim erat ſu-
pra firmam petram.
℣. Uoluptates omnes, ⁊
terrena omnia, vti res
viliſſimas, contempſit.
Fundatus enim.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊ ſpi-
ritui ſancto.
Fundatus enim erat ſu-
pra firmam petram.

In ſecundo noct. Aña.
Diuina preuectus gratia,
prędicationem ſuam vita
integerrima, ⁊ ſignorum
efficacia confirmabat.

Pſalmus.
Cum inuocarez exau
diuit me Deus iuſti-
tię meę: in tribulatione
dilataſti mihi.
Miſerere mei: ⁊ exaudi
orationem meam.
Filij hominũ vſquequo
graui corde: vt quid dili-
gitis vanitatem, ⁊ quęri-
tis mendacium?
Scitote quoniam mirifi-
cauit dominus ſanctum
ſuum: dominus exaudiet
me, cum clamauero ad
eum.
Iraſcimini, ⁊ nolite pec-
care:

care: que dicitis in cordibus veſtris, ⁊ in cubilibus veſtris, compungimini.
Sacrificate ſacrificium iuſtitie, ⁊ ſperate in domino: multi dicunt, quis oſtendit nobis bona?
Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui domine: dediſti letitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, ⁊ olei ſui: multiplicati ſunt.
In pace in idipſum: dormiam, ⁊ requieſcam.
Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: conſtituiſti me.
Gloria patri, ⁊c.
Ana. Diuina preuentus gratia, predicationē ſuā vita integerrima, ⁊ ſignorum efficacia cōfirmabat.
Ana Deiecta ſunt paſſim dæmonū ſimulacra, ⁊ crucis vexillum apparuit.
Pſalmus.
Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis mee: rex meus, ⁊ Deus meus.
Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.
Mane aſtabo tibi, ⁊ videbo: quoniam non Deus volens iniquitatē tu es.
Neq̄ habitabit iuxta te malignus neq̄ permanebunt iniuſti ante oculos tuos.
Odiſti omnes, qui operātur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum ſanguinum, ⁊ doloſum abominabitur dominus: ego autē in multitudine miſericordie tue.
Introibo in domū tuā: adorabo ad templum ſanctum tuū in timore tuo.
Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in cōſpectu tuo viam meam.
Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorū vanum eſt.
Sepulcrū patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatū eorum expelle eos: quoniā irritauerunt te domine.
Et letentur omnes, qui ſpe-

ſperant in te: in eternum exultabunt, ⁊ habitabis in eis.
Et gloriabūtur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bone voluntatis tue coronaſti nos. Gloria patri.
Aña. Deiecta ſunt paſſim dæmonū ſimulacra, ⁊ crucis vexillum apparuit.
Aña. Sicut fortis ad bellum, ita ſacerdos feſtinabat ad martyrium. Pſal.
Domine dominus nr̄: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſup celos.
Ex ore infantiū ⁊ lactentiū perfeciſti laudē propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum ⁊ vltorē.
Quoniam videbo celos tuos opera digitorū tuorum: lunam ⁊ ſtellas, que tu fundaſti.
Quid eſt homo, q᷑ memor es eius: aut filius hominis, quoniam viſitas eum.
Minuiſti eum paulomin⁹ ab angelis, gloria ⁊ honore coronaſti eum: ⁊ conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues, ⁊ boues vniuerſas, inſuper, ⁊ pecora campi.
Volucres celi, ⁊ piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Domine domin⁹ noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
Gloria patri. ⁊c.
Aña. Sicut fortis ad bellum, ita ſacerdos feſtinabat ad martyrium.
℣. Poſuiſti Domine ſuper caput eius.
℟. Coronam de lapide pretioſo.
Pater nr̄. Ipſius pietas. Iube domne. Deus pater omnipotens. Lec. iij.
Vigilius, Rome claro genere ortus, anno trecenteſimo octogeſimo tertio vna cū Claudiano, ⁊ Magoriano fratribus, ⁊ matre Maxentia Tridentum venit: vbi, paulopoſt defuncto Abſterio, annos natus viginti propter eximias virtutes ei Epiſcop⁹ ſuffectus eſt.

Quo

Quo munere ſuſcepto, primum ciuitatem erroribus hereticorum, qui tunc late vigebāt, aſſidua verbi Dei prędicatione, ⁊ vigilantia purgauit. Deinde ī pagos egreſſus, quorum pars magna adhuc imaginibus deorum ſacrificabat, non ſegnius illos quoque docendo, ⁊ monendo adduxit, vt ſalutari Baptiſmo expiarentur. Diuina enim preuentus gratia, prędicationem ſuam vita integerrima, miraculorumq; efficacia confirmabat. Crucis etenim ſignaculo, ⁊ Chriſti nomine inuocato: cecos, ac mutos, ⁊ a demonibus obſeſſos continuo liberabat. ℟. Vigilij ſanctitas, ⁊ doctrina ſic eluxit, vt annos natus viginti ad Epiſcopatum depoſceret. Propterea Deus poſuit ſuper caput eius coronam de lapide pretioſo.
℣. Pugnauit aduerſus gētium, ⁊ hereticorum errores. Propterea.
Iube domne. Chriſtus perpetue. Lectio v.

Cum autem in agro quoq; Veronenſi, ⁊ Brixiano profani adhuc Dęmonum cult⁹, ad quos eijciendos proprij Epiſcopi non audebant egredi, retinerentur: impauidus illuc vir ſanct⁹ acceſſit, ⁊ prędicationis vi incolas, ſancto ſpiritu cooperante, nefandos ritus abijcere coegit, atq; illic plus triginta fundauit Eccleſias. Ad ſuos reuerſus, ſecum duxit Siſiniū, Martyriū, ⁊ Alexandrum, ſanctitate, ⁊ doctrina pręcipuos. Qui ab eo poſtea ad prędicandum miſſi, cū plurimos Annanię populos ad Chriſti fidem conuertiſſent, repente ab indigenis comprehenſi, ⁊ diris modis excruciati, coronam martyrij conſequi meruerunt. Eo Vigilius, nulla interpoſita mora, cucurrit, vt perditas oues domino quamprimum vel proprio ſanguine recuperaret. Neq; ei diuinum auxilium defuit, quandoquidem circūfuſos libere increpans, atque ad ſaniora conſilia vehementi oratione inſtruens, ſubito ad pęnitentiā verſos ab immolatio-

tio-

tionibus impiis ad Chri-
ſtianę fidei veritatē per-
duxit: atqꝫ deiectis paſ-
ſim Demonum delubris,
crucis vexillum ſublime
in tota valle apparuit.
℟. Beatus Vigilius ex a-
gris Veronenſi, ⁊ Brixia-
no demonum cultus eie-
cit, plurimasqꝫ illic fun-
dauit Eccleſias.
Et ideo dedit illi Deus
claritatem eternam.
℣. In valle Annanię per-
ditas oues dn̄o lucrifecit.
Et ideo dedit illi Deus.
Iube domne. Ignem ſui
amoris. Lectio vi.
Sola reſtabat Rande-
na vallis, quę reliquo
gregi coniungeretur: Er-
go ſanctus Epiſcopus, vt
ne hanc quoque partem
negligeret, illuc celeriter
contendit. Cumqꝫ in ri-
pa Sarcę fluminis erectum
Saturni ſimulacrū, quod
incolę priſca ſuperſtitio-
ne frequentes veneraban
tur, conſpexiſſet: extulit
oculos, ⁊ manus in cęluꝫ,
⁊ dixit. Gratias tibi ago
Chriſte, quod me dignuꝫ
feciſti, vt hodie, quod
tamdiu deſideraui, tandē
inuenirem. Tum, Spi-
ritu ſancto repletus, pro-
rupit in medios, ⁊ idoluꝫ
illud in Chriſti nomine
percuſſit, mirabiliterqꝫ
confractum proiecit in
profluentem. Cumque,
marmorea deinde ſtatuę
baſi conſcenſa ſalutiferaꝫ
prędicationem, feruens
ſpiritu, exorſus fuiſſet: il-
li, ira inflammati, vndiqꝫ
conuolarunt: ⁊ coniecto
in eum lapidū imbre den-
ſiſſimo, inuictus martyr
inter crepitātes ictus con
ſperſum ſanguine vultuꝫ
in cęlum attollens, ad ſu-
perna pręmia lętꝰ migra-
uit ſexto kalen. Iulij, an-
no ętatis ſuę quadrageſi-
mo Epiſcopus vigeſimo.
Cuius ſanctum corpus,
magno populi comitatu,
multis cum lacrymis Tri
dentum delatuꝫ, ibi in ba-
ſilica, a ſe erecta, honori-
fice ſepultum eſt.
℟. Sanctus Vigilius pro-
rupit in medium, ⁊ diie-
cta diaboli imagine, ad
martyrij palmam, quam
diu deſiderauerat, peruenit.
Et voluntate labiorū eiꝰ
non fraudauit illuꝫ deus.
℣. Inter crepitātes ictus
ſalutem animarū q̄ſiuit.

Et

Et voluntate labiorum.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.
Et voluntate labiorum.
In tertio nocturno. Aña.
In catholica fide firmam, ⁊ vnanimam ciuitatem exhibui. Pſalmus.

In domino confido, quomodo dicitis ani me meę: transmigra in montem ſicut paſſer.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.

Quoniam quę perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?

Dominus in templo ſancto ſuo: dominus in cęlo ſedes eius.

Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominum.

Dominus interrogat iuſtum, ⁊ impium: qui autē diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis ſulphur, ⁊ ſpiritus procellarū, pars calicis eorum.

Quoniam iuſtus domin⁹, ⁊ iuſtitiam dilexit: ęquitatem vidit vultus eius.

Gloria patri, ⁊ filio. ⁊c.
Aña. In catholica fide firmam, ⁊ vnanimam ciuitatem exhibui.
Aña. Dura agricolarum corda prędicationis virtute ad Chriſtum dominum inflexi. Pſalmus.

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?

Qui ingreditur ſine macula: ⁊ operatur iuſtitiā.

Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.

Nec fecit proximo ſuo malum: ⁊ opprobrium nō accepit aduerſus proximos ſuos.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo ſuo, ⁊ non decipit: qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: ⁊ munera ſuper innocentem non accepit.

Qui facit hęc: non commouebitur in ęternum.

Gloria patri, ⁊c.
Aña. Dura agricolarum corda prędicationis virtute

tute

tute ad Chriſtum domi-
num inflexi.
Aña. Pauci temporis ę-
rumnis emi, nunquam
deſitura, gaudia. Pſal.
Domine in virtute
tua lętabitur rex: ⁊
ſuper ſalutare tuum exul
tabit vehementer.
Deſiderium cordis eius
tribuiſti ei: ⁊ voluntate
labiorum eius non frau-
daſti eum.
Quoniam preueniſti eum
in benedictionibus dul-
cedinis: poſuiſti in capi-
te eius coronam de lapide
precioſo.
Vitam petijt a te, ⁊ tribui
ſti ei longitudinem dierū
in ſeclm: ⁊ in ſeculū ſeculi.
Magna eſt gloria eius in
ſalutari tuo: gloriam ⁊ ma-
gnum decorem impones
ſuper eum.
Quoniam dabis eum in
benedictionem in ſeculū
ſeculi: lętificabis eum in
gaudio cum vultu tuo.
Qm rex ſperat in dño: ⁊
in miſericordia altiſſimi
non commouebitur.
Inueniatur manus tua
omnibus inimicis tuis:
dextera tua inueniat om-
nes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum
ignis in tempore vultus
tui: dominus in ira ſua cō
turbabit eos, ⁊ deuorabit
eos ignis.
Fructum eorum de ter-
ra perdes: ⁊ ſemen eorum
a filijs hominum.
Quoniam declinauerunt
in te mala: cogitauerunt
conſilia, quę non potue-
runt ſtabilire.
Quoniam pones eos dor-
ſum in reliquijs tuis: pre-
parabis vultum eorum.
Exaltare domine in vir-
tute tua: cantabimus, ⁊
pſallemus virtutes tuas.
Gloria patri, ⁊ filio, ⁊c.
Añ. Pauci tēporis ęrum-
nis emi, nunquam deſitu-
ra, gaudia.
℣. Magna eſt gloria eius
in ſalutari tuo.
℟. Gloriam ⁊ magnum de-
corem impones ſuper eū.
Pater nr̄. A vinculis.
Iube domne. Euange-
lica lectio. Lectio vij.
Lcō S. Euang ſm Matth.
In illo tpe: Dixit Ie-
ſus Diſcipulis ſuis:
Si quis vult venire poſt
me, abneget ſemetipſum:
⁊ tollat crucem ſuam, ⁊ ſe-
quatur me. Et reliqua.

Homilia S. Greg. Pape.

Quia dominus, ac redemptor noſter, nouus homo venit in mundum: noua precepta dedit mundo. Uite etenim noſtre veteri, in vitijs enutrite, contrarietatem oppoſuit nouitatis ſue. Quid enim vetus, quid carnalis homo nouerat? niſi ſua retinere, aliena rapere, ſi poſſet, concupiſcere, ſi nõ poſſet? Sed celeſtis medicus ſingulis quibuſq; vitijs obuiantia adhibet medicamenta. Nam, ſicut arte medicine calida frigidis, frigida calidis curantur: ita Dominus noſter contraria oppoſuit medicamenta peccatis: vt lubricis continentiam, tenacibus largitatem, iracũdis manſuetudinem, elatis preciperet humilitatem.

℟. Lapidum procella petitus, te Deum non negaui. Et in ipſo mortis agone Dominum Jeſum Chrm confeſſus ſuz. ℣. Ad efferatos accedere non timui. Et in ipſo. Jube domne. Cuius feſtum colimus. Lec. viij.

Certe cum ſe ſequentibus noua mandata proponeret, dixit: Niſi quis renunciauerit omnibus, que poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus, ac ſi aperte dicat. Qui per vitam veterem aliena concupiſcitis, per noue conuerſationis ſtudium, ⁊ veſtra largimini. Quid vero in hac lectione dicat, audiamus. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. ibi dicitur, vt abnegemus noſtra: hic dicitur, vt abnegemus nos: ⁊ fortaſſe laborioſum non eſt homini relinquere ſua ſed valde laborioſum eſt relinquere ſemetipſum. Minus quippe eſt abnegare, qd habet: valde aũt multuz eſt abnegare quod eſt.

℟. Iſte eſt predicator veritatis acerrimus: q oues errãtes ad fidelẽ reduxit gregẽ. Beate Uigili, martyr Chriſti, intercede pro nobis. ℣. Iſte eſt, per quẽ tot populi cognouerunt gratiã Dei. Beate Uigili. Gloria. Beate Uigili. Jube domne. Ad ſocietatem. Lectio nona.

AD ſe autem nobis venientibus Dominus pręcepit, vt renunciemus noſtris: quia, qui ad fidei agonem venimus, luctamen contra malignos ſpiritus ſumimus. Nihil autem maligni ſpiritus in hoc mundo propriuꝫ poſſident: nudi ergo cum nudis luctari debemus. Naꝫ ſi veſtitus quiſquam cum nudo luctatur, citius ad terram deijcitur, quia habet vnde teneatur. Quid enim ſunt terrena omnia: niſi quędam corporis indumenta? Qui ergo contra diabolum ad certamen properat, veſtimēta abijciat, ne ſuccumbat.

*Hymnus SS. Ambroſij, & Auguſt.*

TE Deum laudamus: te dominum confitemur.
Te ęternum patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes angeli: tibi cęli ⁊ vniuerſę poteſtates
Tibi Cherubim ⁊ Seraphim: inceſſabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni ſunt cęli, ⁊ terra: maieſtatis glorię tuę.
Te glorioſus apoſtolorū chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum ſancta cōfitetur Eccleſia,
Patrem immenſę maieſtatis.
Venerandum tuum verum ⁊ vnicum filium.
Sanctum quoque paraclitum ſpiritum.
Tu rex glorię Chriſte.
Tu patris ſempiternus es filius.
Tu ad liberanduꝫ ſuſcepturus hominē: non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo aperuiſti credentibus regna cęlorum.
Tu ad dexteram dei ſedes in gloria patris.
Iudex crederis eſſe venturus.
Te ergo quęſumus, tuis famulis ſubueni: quos p̄cioſo ſāguine redemiſti.
Aeterna fac cum ſanctis tuis in gloria numerari.
Saluum fac populum tuum domine: ⁊ benedic hereditati tuę.

Et rege eos, ⁊ extolle illos vſque in eternum.
Per ſingulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuū in ſeculum: ⁊ in ſeculum ſeculi.
Dignare domine die iſto: ſine peccato nos cuſtodire.
Miſerere noſtri dñe: miſerere noſtri.
Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodū ſperauimus in te.
In te domine ſperaui: non confundar in eternū.

AD LAVDES,
& per Horas.

Aña. Sanctus Vigilius, vigil ſacerdos, dies ⁊ noctes ad Chriſti ouile vigilauit, nec inde lupos expellere ceſſauit. Pſal.

Dominus regnauit, decorē indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinem, ⁊ precinxit ſe.
Etenim firmauit orbem terre: qui non commouebitur.
Parata ſedes tua Deus ex tunc: a ſeculo tu es.
Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.
Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: a vocib⁹ aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.
Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam decet ſanctitudo domine in longitudine dierum. Gloria.

Aña. Sanctus Vigilius, vigil ſacerdos, dies ⁊ noctes ad Chriſti ouile vigilauit, nec inde lupos expellere ceſſauit.

Aña. Beatus Vigilius cōfeſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti, ⁊ pro illo mori non dubitauit. Pſal.

Iubilate Deo omnis terra: ſeruite domino in letitia.
Introite in conſpectu eius: in exultatione.
Scitote, quoniam dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, ⁊ non ipſi nos.
Populus eius, ⁊ oues paſcue eius introite portas eius in confeſſione: atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomē eius, quoniam ſuauis eſt dominus: in eternum miſericordia

eius

eius: ⁊ vſq; in generatio-nem, ⁊ generationem ve-ritas eius.
Gloria patri, ⁊c.
Añа. Beatus Vigilius cõ feſſus eſt nomen Domini Jeſu Chriſti, ⁊ pro illo mori non dubitauit.
Añа. Jn memoria eterna erit iuſtus Vigilius, quo-niam Dominum fidelis miniſter ſecutus eſt. Pſal.
Deus Deus meus: ad te de luce vigilo.
Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.
In terra deſerta, inuia, ⁊ inaquoſa ſic in ſancto ap-parui tibi: vt viderem vir-tutem tuã, ⁊ gloriã tuã.
Quoniam melior eſt mi-ſericordia tua ſuper vi-tas: labia mea lauda-bunt te.
Sic benedicã te in vita mea: ⁊ in nomine tuo le-uabo manus meas.
Sicut adipe ⁊ pinguedi-ne repleatur anima mea: ⁊ labijs exultationis lau-dabit os meum.
Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matu-tinis meditabor in te: qa fuiſti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adheſit anima mea poſt te: me ſu-ſcepit dextera tua.
Ipſi vero in vanũ que-ſierunt animam meã, in-troibunt in inferiora ter-re: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.
Rex vero letabit in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtru-ctum eſt os loquentium iniqua.
Deus miſereatur noſtri, ⁊ benedicat nobis: illumi-net vultum ſuum ſuper nos, ⁊ miſereatur noſtri.
Ut cognoſcamus in ter-ra viam tuam: in omnib⁹ gentibus ſalutare tuum.
Confiteantur tibi popu-li Deus: confiteantur ti-bi populi omnes.
Letentur ⁊ exultent gen-tes, qm̃ iudicas populos in equitate: ⁊ gẽtes in ter-ra dirigis.
Confiteantur tibi popu-li deus, confiteantur tibi populi omnes: terra de-dit fructum ſuum.
Benedicat nos Deus, Deus noſter, benedicat nos Deus: ⁊ metuant eũ

omnes fines terrę.
Gloria patri, &c.
Aña. In memoria ęterna erit iuſtus Vigilius, quoniam Dominum fidelis miniſter ſecutus eſt.
Aña. Honorificauit eum Deus, & collocauit cum principibus ppłi ſui. Ps.

Benedicite oia opera domini domino: laudate, & ſuperexaltate euz in ſęcula.
Benedicite Angeli domini domino: benedicite cęli domino.
Benedicite aquę omnes, quę ſuper cęlos ſunt dño: benedicite omnes virtutes domini domino.
Benedicite Sol & Luna domino: benedicite Stellę cęli domino.
Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis ſpiritus Dei domino.
Benedicite ignis, & ęſtus domino: benedicite frigus, & ęſtas domino.
Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus domino.
Benedicite glacies, & niues domino: benedicite noctes, & dies domino.
Benedicite lux & tenebrę domino: benedicite fulgura, & nubes domino.
Benedicat terra dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſęcula.
Benedicite montes, & colles domino: benedicite vniuerſa germinantia in terra domino.
Benedicite fontes domino: benedicite maria, & flumina domino.
Benedicite cete, & omnia quę mouentur in aquis domino: benedicite omnes volucres cęli dño.
Benedicite omnes beſtię & pecora domino: benedicite filij hominũ dño.
Benedicat Iſrael dominum: laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes domini dño: benedicite ſerui domini domino.
Benedicite ſpiritus, & animę iuſtorum dño: benedicite ſancti, & humiles corde domino.
Benedicite Anania, Azaria, Miſael dño: laudate, & ſuperexaltate euz in ſcłã.
Benedicamus patrem, & filium cuz ſancto ſpiritu: laudemus, & ſuperexaltemus eum in ſęcula. R.

Benedictus es dñe in firmamento celi: ⁊ laudabilis, ⁊ glorioſus, ⁊ ſuperexaltatus in ſecula. nõ dr Gla.
Aña. Honorificauit eum Deus, ⁊ collocauit eum principibus populi ſui.
Aña. Grãs tibi ago Chriſte, quia me dignum feciſti, vt, quod diu deſideraui, iam inuenirem. Pſal.
Laudate dominum de celis: laudate eum in excelſis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate euȝ omnes virtutes eius.
Laudate eum Sol, ⁊ Luna: laudate eum omnes Stelle, ⁊ lumen.
Laudate eum celi celorȝ: ⁊ aque oẽs que ſup celos ſunt, laudent nomen dñi.
Quia ipſe dixit, ⁊ facta ſunt: ipſe mãdauit, ⁊ creata ſunt.
Statuit ea in eternum, ⁊ in ſeculum ſeculi: preceptũ poſuit, ⁊ non pteribit.
Laudate dominuȝ de terra: dracones, ⁊ omnes abyſſi.
Ignis, grãdo, nix, glacies, ſpiritus procellaruȝ: que faciunt verbum eius.
Mõtes, ⁊ oẽs colles: ligna fructifera, ⁊ omnes cedri.
Beſtie, ⁊ vniuerſa pecora: ſerpentes, ⁊ volucres pennate.
Reges terre, ⁊ omnes populi: principes, ⁊ omnes iudices terre.
Iuuenes, ⁊ virgines, ſenes, cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatuȝ eſt nomen eius ſolius.
Confeſſio eius ſuper celum, ⁊ terram: ⁊ exaltauit cornu populi ſui.
Hymnus omnibus ſanctis ei⁹: filijs Iſrael, pplo appropinquanti ſibi. Ps.
Cantate domino canticũ nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.
Letetur Iſrael in eo, qui fecit eũ: ⁊ filie Sion exultent in rege ſuo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano, ⁊ pſalterio pſallant ei.
Quia beneplacitum eſt dño in pplo ſuo: ⁊ exaltauit manſuetos in ſaluteȝ.
Exultabunt ſancti in gloria: letabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes Dei in gutture eorum: ⁊ gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictã in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: ⁊ nobiles eorũ in manicis ferreis.
Ut faciant in eis iudiciũ conſcriptum: gloria hec eſt oĩbus ſanctis eius. Ps.
Laudate dñm in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſm multitudinem magnitudinis eius.
Laudate eum in ſono tube: laudate eum in pſalterio, ⁊ cithara.
Laudate eum in tympano, ⁊ choro: laudate eum in chordis ⁊ organo.
Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.
Gloria patri, ⁊c.
Añа. Gratias tibi ago Chriſte, quia me dignum feciſti, vt, quod diu deſideraui, iam inuenirem.
Cap. In diebus. vt ſup.
Hym. Quem tuus digne. vt ibidem fol. 3.
℣. Ora pro nobis beate Vigili.
℟. Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
Ad Benedictus. Aña.
Solennis nobis illuxit dies, in quo ſacer Antiſtes, ⁊ martyr Vigilius, multis in terris pollens miraculis, angelorum in celis meruit conſortium.
Canticum Zacharie.
Benedictus dominus Deus Iſrael: quia viſitauit, ⁊ fecit redemptionem plebis ſue.
Et erexit cornu ſalutis nobis: in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorum: qui a ſeculo ſunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris: ⁊ de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiam cũ patribus noſtris: ⁊ memorari teſtamẽti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad Abraham patrẽ noſtrum: daturum ſe nobis.
Ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorũ liberati: ſeruiamus illi.
In ſanctitate, ⁊ iuſtitia

co-

coram ipſo: omnibus die-
bus noſtris.
Et tu puer propheta al-
tiſſimi vocaberis: preibis
enim ante faciem domini
parare vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſa-
lutis plebi eius: in remiſ-
ſionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericor-
die dei noſtri: in quibus
viſitauit nos oriens ex
alto.
Illuminare his, qui in
tenebris, et vmbra mortis
ſedent: ad dirigendos pe-
des noſtros in viam pacis.
Gloria patri, et filio.
Aña. Solemnis nobis illu
xit dies, in quo ſacer Anti
ſtes, et martyr Vigilius,
multis in terris pollens
miraculis, angelorum in
celis meruit conſortium.

Oratio.

Deus, qui hunc diem
nobis Beati Vigilij
martyris tui atque pon-
tificis ſanguine conſecra-
ſti: da queſumus, vt eius
meritis ab omnibus ſem-
per aduerſis defenſi, eter-
ne vite premia conſequa-
mur. Per dominum no-
ſtrum Jeſum Chriſtum
filium tuum, etc.

AD TERTIAM.

Aña. Beatus Vigilius.

Capitulum.

In diebus iuſti mana-
uerunt putei aquarum,
et quaſi mare, adimpleti
ſunt ſupra modum.
℟. Deo gratias.
℟. Gloria et honore, Co-
ronaſti eum domine.
℣. Et conſtituiſti eum ſu-
per opera manuum tuarum.
Coronaſti. Gloria patri.
Gloria et honore.
℣. Poſuiſti domine ſuper
caput eius.
℟. Coronam de lapide
precioſo.

AD SEXTAM.

Aña. In memoria eterna.

Capitulum.

Orauit gentem ſuam,
et liberauit illam a
perditione: preualuit am
plificare ciuitatem, adeptus
eſt gloriam conuerſionis
gentis ſue.
℟. Poſuiſti domine, Super
caput eius.
℣. Coronam de lapide pre
tioſo. Super caput.
Gloria patri. Poſuiſti.
℣. Magna eſt gloria eius
in ſalutari tuo.
℟. Gloriam et magnum de-
corem impones ſuper eum.

AD NONAM.

Aña. Gratias tibi ago.

Capitulum

Amplificatus eſt, quaſi ſtella matutina in medio nebulę, & quaſi luna plena, in dieb⁹ ſuis luxit: & ſicut ſol, refulſit in templo dei. ℟. Deo gratias.

℟. Magna eſt gloria eius. In ſalutari tuo.

℣. Gloriam & magnũ decorem impones ſup eum.

℣. Juſt⁹ vt palma florebit.

℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.

IN SECVNDIS Veſperis.

Aña. Sanctus Vigilius, vigil ſacerdos, vt ſup. in primis veſp. fol. 2. Pſal. Dixit dñs. Confitebor. Beatus. Laudate pueri.

Aña. Gr̃as tibi ago Chriſte: quia me dignum feciſti: vt quod diu deſideraui, iam inuenirem. Pſal.

Credidi, propter qd locutus ſum: ego autẽ humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam domino: pro omnibus quę retribuit mihi.

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam, coram omni populo eius: precioſa in cõſpectu domini, mors ſanctorum eius.

O domine, quia ego ſeru⁹ tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancillę tuę.

Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam, in conſpectu omnis populi eius: in atriis domus domini, in medio tui Jeruſalem. Gloria.

Aña Gr̃as tibi ago Chriſte: quia me dignum feciſti: vt quod diu deſideraui, iam inuenirem.

Cap. Hym. & Verſ. vt ſup. in primis Veſp. fol. 3.

Ad Magnificat. Aña.

Hodie pręclarus Chriſti martyr, & Pontifex Vigilius Eccleſiam ſuam proprio ſanguine decorauit. Hodie in cœlum cum angelicis laudibus ſuſcept⁹, coronatus eſt. Exultem⁹, & colletemur, & glorioſũ hunc diem condigno obſequio celebremus, Alleluiab,

luiah, alleluiah, alleluiah.

Oratio.

DEus, qui hunc diem nobis Beati Vigilij martyris tui atque pontificis ſanguine conſecraſti: da quęſumus, vt eius meritis ab omnibus ſemper aduerſis defenſi, ęternę vitę premia conſequamur. Per dominum noſtrum Ieſum Chrm ⁊c.

Intra octa. S. Vigilij fit tm commẽ. de eo, quia fit officiũ de ſanctis occurrentibus infra octauam.

In die Apoſtolorum Petri, ⁊ Pauli in primis, ⁊ ſcdis veſp. nihil fit de oct. ſancti Vigilij, ſicut nec de octa. ſancti Ioannis.

In die oct. s. vigilij fit de ea: ⁊ omnia dñr ſicut i die cum cõme. de alijs octa.

In primo noct. tres lect. A. Dilecto. vt ſup. fol. 5.

In ſecundo nocturno. Sermo S. Aug. epi. L.iiij.

TRiumphalis btĩ martyris Vigilij dies hodie nobis anniuerſaria celebritate recurrit: cuius glorificationi ſicut cõgaudet eccl'ia ſic eius pponit ſequẽda veſtigia Si enim ꝯpatimur, ⁊ ꝯglorificabimur. In cuius glorioſo agone duo nobis pcipue ꝯſideranda ſunt, indurata videlicet tortoris ſęuitia, ⁊ martyris inuicta patiẽtia. Seuitia tortoris, vt eã deteſtemur: patiẽtia martyris, vt eam imitemur. Audi pſalmiſtam aduerſus malitiam increpantẽ. Noli ęmulari in malignãtibus: qm̃ tanquam fęnuz velociter areſcent. Quod autez aduerſus malignantes patientia exhibenda ſit, audi apl'm ſuadentem. Patientia vobis neceſſaria eſt, vt reportetis, promiſſiones. ℟. Vigilij ſanctitas. fol 7. Lec. v.

COronata itaque beati martyris patientia, mancipata eſt ęternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attendens in agone ſuo glorioſus Chriſti athleta: nõ exhorruit carcerem, ad imitationem capitis ſui tolerauit pbra, ſuſtinuit irriſiones, flagella non timuit: ⁊ quot ante mortez pro Chriſto pertulit ſupplicia, tot ei de ſe obtulit ſacrificia. Quod enim propinante apl'o biberat,

alte

alte retinebat. Quia non
ſunt condignę paſſiones
huius temporis ad futu-
ram gloriam, quę reuela-
bitur in nobis: ⁊ quia mo-
mentaneum hoc, ⁊ leue
noſtrę tribulationis, ęter-
num glorię pondus ope-
ratur in celis. Huius pro-
miſſionis amore a terre-
nis ſuſpenſus, ⁊ pręguſta-
ta ſupernę ſuauitatis dul-
cedine, ineffabiliter affe-
ctus, dicebat cum pſalmi-
ſta: Quid mihi eſt in celo?
⁊ a te quid volui ſup ter-
ram? Defecit caro mea, ⁊
cor meum, Deus cordis
mei, ⁊ pars mea Deus in
ęternum. ℟. Beatus Ui-
gilius. fol 8. Lec. vj.

Contēplabatur enim,
quantum in ęnigma-
te infirmitas humana ocu
lum mentis in ęternitate
figere poteſt, quanta ſint
ſupernę ciuitatis gaudia:
⁊ ea narrare non ſufficiēs,
admirando clamabat.
Quid mihi eſt in celo? q̄ſi
diceret, excedit vires me-
as, excedit facultatem elo
quentię meę, tranſcendit
capacitatem intelligētię
meę illud decus, illa glo-
ria, illa celſitudo, qua no-
bis a conturbatione ho-
minuꝫ remotis, in abſcon
dito faciei ſuę Jeſ⁹ Chri-
ſtus dominus noſter refor
mauit corp⁹ humilitatis
noſtrę, configuratum cor-
pori claritatis ſuę. Huius
perfectę libertatis cōtem
platione nullum vitabat
periculum, nullum hor-
rebat ſupplicium, ⁊ ſimil-
lies poſſet mori, non pu-
tabat ſe hanc digne poſſe
aliqua ratione ꝓmereri.
℟. Sanctus Uigilius. f. 8.

In tertio nocturno.

Lectio ſancti Euang. ſm
Mattheum. Lec. vij.

In illo tempore: di-
xit Jeſus diſcipulis
ſuis: Si quis vult venire
poſt me, abneget ſemetip-
ſum, ⁊ tollat crucem ſuaꝫ,
⁊ ſequatur me. Et reliq.

De Hom. S. Greg. Pape.

Qui ergo contra dia-
bolum ad certamen
properat, veſtimenta abij
ciat, ne ſuccumbat: nihil
in hoc mundo amādo poſ
ſideat: nullas rerum la-
bentiuꝫ delectationes re-
quirat: ne, vnde ad vitam
tegitur, ad occaſum inde
teneatur. Nec tamen ſuf-
ficit noſtra relinquere, niſi
re-

relinquamus ⁊ nos. Quid eſt, quod dicimus, relinquamus ⁊ nos? Si enim noſmetipſos relinquimꝰ, quo ibimus extra nos? vel quis eſt, qui vadit, ſi ſe deſeruit? Sed aliud ſumus per peccatum lapſi, aliud per naturam conditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti ſumus. Relinquamus noſmetipſos, quales peccando nos fecimus, ⁊ maneamus noſmetipſi, quales per gratiam facti ſumus. ℟ Lapidum procella. vt ſup. fol 9. Lec. viii.

Ecce enim, qui ſuperbus fuit. ſi conuerſus ad Chriſtum humilis factus eſt, ſemetipſum reliquit: Si luxurioſus quiſque ad continentiam vitam mutauit, abnegauit vtique, quod fuit. Si auarus quiſque ambire iam deſiit: ⁊ largiri didicit propria, qui aliena priꝰ rapiebat, proculdubio ſemetipſum reliquit. Ipſe quidem eſt per naturam, ſed non eſt ipſe per malitiam. Hinc enim ſcriptum eſt, verte impios, ⁊ non erunt. Conuerſi namque impii non erunt, non quia non erunt omnino in eſſentia, ſed ſcilicet non erunt in impietatis culpa. Tunc ergo noſmetipſos relinquimus, tunc nos ipſos abnegamus, cũ vitamus, quod per vetuſtatem fuimus, ⁊ ad hoc nitimur, ad quod per nouitatem vocamur. ℟ Iſte eſt predicator. fol. 9. Lec. ix.

Penſemus, quomodo ſe Paulus abnegauerat, qui dicebat, viuo autem iam non ego: extinctus quippe fuerat ſeuus ille perſecutor, ⁊ viuere ceperat pius predicator. Si enim ipſe eſſet, pius profecto non eſſet: ſed, qui ſe viuere denegat, dicat, vnde eſt, quod ſancta verba per doctrinam veritatis clamat: protinus ſubdit, viuit vero in me Chriſtus. Ac ſi aperte dicat, ego quidem a memetipſo extinctꝰ ſum, quia carnaliter non viuo, ſed tamen eſſentialiter mortuus non ſum, quia in Chriſto ſpiritualiter viuo. Dicit ergo veritas, Si quis vult venire

nire

nire poſt me, abneget ſe-metipſuꝫ. Quia niſi quis a ſemetipſo deficiat, ad eum, qui ſuper ipſum eſt, non appropinquat: nec valet apprehēdere, quod vltra ipſum eſt, ſi neſcie-rit mactare, quod eſt.

Te Deum laudamus. vt ſupra. fol. 10.

Ad Laudes, & per Horas, vt in Feſto.

F I N I S.

# OFFICIVM PROPRIVM S. SIMONIS INNOCENTIS ET MARTYRIS TRIDENTINI,

Per totam Diœceſim Triden. à Secularibus, & Regularibus Die xxiiij. Martij celebrandum.

IVXTA S.D.N. SIXTI PAPÆ QVINTI Decretum.



# SIXTVS PAPA V.

## Ad perpetuam rei memoriam.

REGNI cœlorum, quod Chriſtus Dominus paruulorum eſſe dixit, claues in beato Petro Apoſtolo nobis traditas meritis licet imparibus obtinentes libenter Apoſtolicam noſtram benignitatem ad ea concedenda inclinamus, per quæ Dei cultus, fidelium deuotio, ac beatorum Chriſti martyrum veneratio augeatur, eorum præſertim, qui non ſolũ pro eius gloria vitam cum ſanguine profuderunt, ſed qui in tenera quoq; atque adeò infantili ætate ad eiuſdem Crucifixi Domini noſtri IESV CHRISTI imaginem, & ſimilitudinem cruciatus acerbiſſimos pertulerunt. Nuper ſiquidem dilecti filij Clerus Ciuitatis, & Diœceſis Triden. memoriam diræ mortis recolentes beati Simonis pueri Tridentini martyris, qui ante vigeſimum nonum ſuæ ætatis menſem completum à Iudæis perfidis deteſtabilem ſuorum maiorum impietatem in Chriſti Saluatoris noſtri membris imitari volentibus, noctis ſilentio in eorum ſynagoga in Dominica Paſſionis contemptum abactus, & Crucifixi in morem ſublatus carnibus eius forcipe dilaceratis, & creberrimis acubus perfoſſis, ſanguinem ſuum, atque animam immaculatam emiſit, & multis poſtea claruit miraculis, eius feſtiuitatem ſolemnius, ac religioſius celebrari cupientes, proprium officium tàm Miſſæ, quàm Horarum, cum Hymnis, Antiphonis, Reſponſorijs, & Lectionibus eidem feſtiuitati congruentibus ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito confici curauerunt, nobiſq; humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum pio deſiderio annuentes, officium huiuſmodi approbare aliaſq; deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pijs eorum votis ad Dei gloriam benignè annuentes, & humilibus ſupplicationibus huiuſmodi paterne inclinati. Officium ipſum per venerabilem fratrem noſtrum Alphonſum Epiſcopum Tuſculanum Geſualdum, & dilectos filios noſtros Nicolaum Sanctæ Cæciliæ Cremonen. Auguſtinum Sancti Marci Veronen. Vincentium Sanctæ Mariæ in via titulorum Montis Regalis Presbyteros, ac Fredericum Sanctæ Mariæ in Dominica Diaconum Borromæum nuncupatos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales Congregationi ſuper ſacris ritibus, & ceremonijs eccleſiaſticis præpoſitos, ac per aliquos doctos & peritos viros ad id auctoritate noſtra delectos, diligenter recognitum, examinatum, & ſeruata Breuiarij & Miſſalis Romani forma emendatum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium admittẽtes, illudq; recitari permittentes, feſtiuitatem Beati Simonis martyris huiuſmodi annis ſingulis perpetuis futuris temporibus Nono Kalen. Aprilis, quod ſi infra hebdomadam ſanctam occurrerit, prima die poſt octauam Paſchæ Reſurrectionis Dominicæ feſto duplici non impedita, ſub duplici, & prædicto proprio officio per vniuerſas Ciuitatis, & Diœceſis prædictarum Eccleſias tàm Seculares, quàm

Regulares pro his qui ſecundum ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ diuinum officium perſoluunt, accomodato ſolemniter celebrari volumus ſtatuimus, & ordinamus, ipſumq; officium, vt præfertur, emendatum ſeparatim, & ſeorſum à dicto Breuiario Romano imprimi, & impreſsum vulgari, ac in Eccleſijs & locis prædictis in vſum & conſuetudinem libere & licite ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo introduci poſse indulgemus, ita vt omnes, & ſingulæ vtriuſque ſexus perſonæ Eccleſiaſticæ tàm Seculares, quàm Regulares officium beati Simonis huiuſmodi in die illius feſtiuitatis recitantes debito ſuo perinde ſatisfeciſse cenſeantur, ac ſi Horas Canonicas, & alia diuina officia iuxta eiuſdem Breuiarij Romani præſcriptum recitaſſent, nec deſuper à quoquam ea de cauſa moleſtari, perturbari, vel inquietari poſſint. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis ſpecialibus vel generalibus conſtitutionibus, & ordinationibus, etiamſi celebritas huiuſmodi in poſtremo editis Breuiarijs ac Miſsalibus reformatis non ſit annotata, ſtatutis quoq; & conſuetudinibus ipſorum ordinum regularium, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Inſuper vt Chriſtifideles eiuſdem Beati Simonis Martyris venerationi per exercitium piorum operum vacantes pijs eiuſdem ante thronū Diuinæ Maieſtatis ſuffragijs adiuuari, & exinde Deo propitio vitam æternam facilius conſequi mereantur. De omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi, Omnibus & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus & confeſſis, ac ſacra Communione refectis, qui in die feſtiuitatis eiuſdem Beati Simonis martyris parrochialem Eccleſiam Sancti Petri Tridentini, in qua corpus eiuſdem beati Simonis martyris requieſcit à primis veſperis vſque ad occaſum Solis eiuſdem feſtiuitatis deuote viſitauerint, ac ibidem pro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ exaltatione, Hæreſumq; extirpatione, & infidelium conuerſione, ac Reipublicæ Chriſtianæ tranquillitate, vel alias pias preces, prout vnicuique ſuggeret deuotio ad Deum effuderint, Plenariam omnium & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & Remiſſionem concedimus & elargimur. Presbyteris autem, & Clericis, cæteriſq; perſonis vtriuſq; ſexus per Ciuitatem & Dioceſim prædictam conſtitutis, qui eadem die Officium Beati Simonis Martyris recitauerint, vt præfertur, Centum dies de iniunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxamus. Volumus autem quod præſentium Tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, Die viij. Iunij M. D. LXXXVIII. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

s

Tho. Thom. Gualterutius.

# IN FESTO
# SANCTI SIMONIS
## INNOCENTIS,
### & Martyris Tridentinini,
### Duplex.



AD VESPERAS.

Añ. Conſilium fecerunt impij Iudęi: vt innocentem puerum rapperent, ⁊ occiderent. Pſal. Dixit Dominus. fol. 2.

Añ. Tobias iniquus rapuit beatum Simonem: ⁊ eum in Sinagogã clam deduxit. ps Cõfitebor. 2.

Añ. Tenentes puerum ſeui carnifices dicebant adinuicem: perforemus venas eius, ⁊ ſanguinem eius bibamus. Pſal. Beatus vir, qui timet. 2.

Añ. Crucifigatur a nobis infans iſte: ſicut a patribus noſtris crucifixus eſt eius dñs Ieſus Chriſtus. Pſal. Laudate pueri 3.

Añ. In contemptum Ieſu, quẽ adorant Chriſtiani: a planta pedis vſq; ad verticem non ſit in eo ſanitas. ps Laudate dñm. 3.

In ſecundis veſp. loco vltimi dicitur. Credidi. 13.

Capitulum.

Vidi ſupra montem Syon agnum ſtantẽ, ⁊ cum eo centum quadra-

 ginta

ginta quatuor millia habentes nomen eius, et nomen patris eius ſcriptum in frontibus ſuis. Hym.

Puer beate patriam
Ingreſſus eternam prius
Quam firmiori preſſeris
Terre ſolum veſtigio.
Quem tu ſimul cum paruulis
Ab rege ceſis impio
Illic triumphas, luſibus
Letis, et agnum circuis.
Amica verte lumina
Ad hec tua incunabula,
Et nos precando ſubleua
Ad te, tuumque gaudium.
Deo patri ſit gloria,
Eiusque ſoli filio,
Cum ſpiritu paraclito,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

℣. Gloria, et honore coronaſti eum Domine.

℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.

Ad Magnificat. Ana.

Sacram preſentis diei ſolennitatem pia celebremus alacritate, qua beatus Simon virginali fulgens aureola, et martyrij redimitus corona, celum letus aſcendit. Cantic. Magnificat vt ſup. Oro.

Deus innocentie reſtitutor, pro cuius nomine beatus innocens Simon acerbiſſime mortis ſupplicio a perfidis Iudeis interemptus eſt: preſta nobis queſumus: vt eius intercedentibus meritis, ab huius vite contagijs impolluti ad celeſtem patriam peruenire valeamus. Qui viuis, et regnas cum Deo patre in vnitate ſpiritus etc.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

Chriſtum regem innocentie auctorem. Venite adoremus. Pſalmus.

Venite exultemus. 4.

Hymnus.

Celeſtus haurit ſanguinem
Iudeus integerrimum:
Nec guttur obſtrictum pot
Lenire luctus queſtibus.
Sed hoſtis immaniſſimus
Tibi nequiuit tam pio
Prodeſſe corde, quam fera
Crudelitate profuit.
Tu nempe mundi lachrimis
Prereptus emiſti bona
Immenſa paruo impendio
O noſque Simon adiuua
Laus, et perennis gloria
Deo patri, et filio
Sancto ſimul paraclito
In ſeculorum ſecula. ℟. Amen.

In

In primo noct. Aña.
Nouit Dominus viam iu
ſtorum, ⁊ iter impiorum
peribit. Pſalmus.
Beatus vir, qui non abijt.
vt ſupra. fol 4.
Aña Conuenerunt impij
Iudei in vnum, aduerſus
Dominum, ⁊ aduerſus
puerum eius. Pſal.
Quare fremuerunt. 4.
Aña Dixerūt perfidi Iu-
dęi, non eſt ſalus ipſi in
Deo eius. Pſalmus.
Domine quid multipl. 5.
℣. Gloria, ⁊ honore coro-
naſti eum domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſu-
per opera manuū tuarū.
Pater nr̄. Exaudi dn̄e.
Iube domne. Benedi-
ctione perpetua.
De libro Apocalyp. beati
Ioannis Apoſtoli. Lec. j.

ET vidi, ⁊ ecce
Agnus ſtabat ſu
pra montē Syō
⁊ cum eo centū
quadraginta quatuor mil
lia habentes nomen eius,
⁊ nomen patris eius ſcri-
ptum in frontibus ſuis.
Et audiui vocem de cęlo
tanquam vocem aquarū
multarum, ⁊ tanquam vo
cem tonitrui magni: ⁊ vo
cem quam audiui, ſicut
citharœdorū citharizan
tium in citharis ſuis. Et
cantabant quaſi canticū
nouum ante ſedem, ⁊ an-
te quatuor animalia, ⁊ ſe-
niores. Et nemo poterat
dicere canticū, niſi illa cē-
tum quatuor millia: qui
empti ſunt de terra. Hi
ſunt qui cum mulieribus
non ſunt coinquinati.
Virgines enim ſunt. Hi
ſequuntur agnū quocun
que ierit. Hi empti ſunt
ex hominibus primitię
Deo, ⁊ Agno: ⁊ in ore eo-
rum non eſt inuentū men
daciū. Sine macula enim
ſunt ante thronum Dei.
℟. Beati Simonis marty-
rium hodie celebremus:
quem puerum a Iudęis
crudeliter mactatū. Tan-
quam gratiſſimum ſacrifi
ciū angeli Domino prę-
ſentarunt. ℣. Odoratus
eſt Dominus odorē ſua-
uitatis, cui benedixit in
eternum. Tanquam.
Iube. Vnigenitus. Lec. ij.
ET vidi alterum An-
gelum volantem per
medium cęli, habentem
Euangelium ęternum: vt
euangelizaret ſedentibus

ſuper terram, ꝛ ſuper omnem gentem, ꝛ tribum, ꝛ linguam, ꝛ populum, dicens magna voce: timete dominum, ꝛ date illi honorem: quia venit hora iudicij ei⁹, ꝛ adorate eũ, qui fecit celum, ꝛ terram, mare, ꝛ omnia que in eis ſunt, ꝛ fontes aquarum. Et alius Angelus ſecutus eſt dicẽs: Cecidit, cecidit Babilon illa magna, que a vino ire fornicationis ſue, potauit oẽs gentes. ℟ Dixerunt impij Judei in contumeliaꝫ Jeſu, quẽ chriſtiani Deum colunt huius Pueri, ſanguinem exauriamus. Sed tu Domine ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum. ℣. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. Sed tu. Jube dom. Spiritus ſancti. Lec. iij.

Et tertius Angelus ſecutus eſt illos dicens voce magna Si quis adorauerit beſtiam, ꝛ imaginem eius: ꝛ acceperit characterẽ in fronte ſua, aut in manu ſua: hic bibet de vino ire Dei quod miſtum eſt mero in calice ire ipſius. Et cruciabitur igne, ꝛ ſulphure in cõſpectu angelorum ſanctorũ: ꝛ ante conſpectum Agni. Et fumus tormentorum eorum aſcendet in ſecula ſeculorum. Nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam, ꝛ imaginem eius: ꝛ ſi quis acceperit caracterem nominis eius. Hic patientia ſanctorum eſt, qui cuſtodiunt mandata Dei, ꝛ fidem Jeſu. ℟ Viri impij dixerũt opprimamus puerum iuſtum iniuſte, ꝛ deglutiamus eum tanquã infernus viuũ. Ipſi enim homicide theſaurizauerunt ſibi mala. ℣ Nec cogitauerunt, ꝛ errauerunt, ꝛ excecauit illos malitia eorũ. Ipſi. Gloria. Ipſi.

In ſecundo noctur. Aña.

Mirificauit dominus ſanctum ſuuꝫ, ꝛ conſtituit eũ in pace. Pſalmus.

Cum inuocarem 6.

Aña Intellige clamorem meum Domine: quoniaꝫ ad te clamaui. Pſal.

Verba mea auribus. 6.

Aña Ex ore infantium, ꝛ lactentium. perfeciſti laudem tuam Deus. Pſal.

Domine dominus nr̃. 7.

℟ Po-

℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius.
℟. Coronã de lapide precioſo. Pater noſter. Ipſius pietas. Iube. Deus pater. Lec. iiij.

Simon Tridenti piis parentibus natus cũ menſes viginti noue͂ eta tis ſue nondũ expleſſet: a Tobia hebreo pecunia ab aliis Iudeis corrupto in foribus paternis clam ſurripitur. Decreuerant namque illi aduenientc eorum paſchate, puerum aliquem chriſtianum occidere: vt eius ſanguinẽ (quod Deo gratiſſimum fore exiſtimabant) in azymis miſcerent. Abreptus igitur domũ Samuelis, quo plurimi Iudei conuenerant, ducitur. Inde noctis ſilentio in Sinagogam fertur: ibi ei veſtes detrahunt fauces, eiulantis linea vitta obſtruunt. Mox illũ diſtractis hinc inde brachiis, inſtar crucifixi ſuſtinentes: in tenerũ corpus, cuius aſpectu miteſcere potuiſſent, vel famelici lupi in audita ſeuitia graſſantur. ℟. De ſinu parentũ raptus beatus Simon crudelem in modum tanquam agnus a lupis occiſus eſt, et in Dñi noſtri agni immaculati libertatẽ tranſlatus. Inter ſanctos ſuam ſortem adeptus eſt. ℣. Non priuabit bonis eos Dominus qui ambulant in innocentia. Inter. Iube domine. Chriſtus perpetue. Lec. v.

Nus autem ex eis truci vultu cultro (qui et cruẽtatus in hunc vſque diem oſtenditur) ſummum puerilis virge abſcidit, alter forcipe fruſtum carnis e maxilla abſtraxit: tantundem alius de pulpa crudeliter decerpſit. Interim ſtillantem e plagis ſanguinem, ſubiecta pelui in abominandos vſus, excipiunt. Adderat et qui, ne ſuffocatus infans breuius torqueretur: neue vox altior erumperet, linteoli nodum modo laxaret, modo reſtringeret. Neque tali laniena exaturati, crudelibus acubus omnes vndiq̃ ſemimortua membra certatim perfodiunt. Clamabantq̃ ſe in Ieſu contumeliã, quem Chriſtiani

ſtiani pro Deo colunt, id
facere: vt quo pacto eorū
patres cruci Jeſum affixe-
runt, eo ipſi in puerum
deſęuiant. Gaudent im-
maniſſimę ferę riuulos
immiſſi ſanguinis toto cor-
pore ſcaturientes aſpice-
re: ⁊ commaculari miſe-
rabili aſperſione geſtiūt,
donec ille ſic per horam
excruciatus inter cruen-
tos carnifices animā Deo
tradidit, Decimo Calen-
das Aprilis, Anno Dñi
Milleſimo Quadringēte-
ſimo ſeptuageſimo qnto.

℟. Dilaniatus forcipibus
beatus Simon, ⁊ acubus
circumquaque perfoſſus,
innocentiſſimam animaꝫ
in Dei manus commen-
dauit. Et ęternam glo-
riam ingreſſus eſt.

℣. Conſumatus in breui,
expleuit tempora multa,
placita enim erat Deo
anima eius. Et ęternam.
Jube domne. Ignem ſui.

Lectio vi.

CUm autem impii ho-
mines ſeſe ſuſpectos
populi querimonijs intel-
lexiſſent: pauidi corpus
exanimę ſuis veſtibus in-
uoluunt: atque in riuum
ſubterfluentem proijciūt.
Mox Joanni Epiſcopo
denunciant: ipſum cor-
pus aquis deuectum cra-
tis obiectu apud ſe heſiſ-
ſe. Quare illic mittitur
vrbis prętor, qui eo inſpe-
cto, quod adhuc integrū
triduo permanſerat, is
enim erat Dominicę Re-
ſurrectionis dies, illos ra-
tus ſcelus id perpetraſſe,
conijcit in vincula, tormē-
tis afficit, ⁊ denique con-
feſſos pęnis iuſtiſſimis
damnat. Dein publico
decreto impię genti Ci-
uitate atqꝫ agro Triden-
tino interdicitur. Cor-
puſculum vero innocen-
tis pueri magno populi
cōcurſu in Eccleſia San-
cti Petri conditum eſt.
Quem miraculis clarum
non ſolum Tridentini,
ſed etiam exteri, magna
in veneratione habuerūt.

℟. Compreſſa infantis vo-
ce ne vagiret, innocens
eius ſanguis ad te clama-
uit Domine, queꝫ breuis
horę ſpatio tormētis cru-
tum, ſempiternis gaudijs
perfrui voluiſti. Impios
autē tortores merita mor-
te damnatos ęterna caligi-

ne

ne circundari iuſſiſti.
℣ Quo hec audiui, quia poteſtas tibi eſt Domine, ⁊ miſericordia: quia tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua. Impios.
Gloria patri. Impios.
In tertio noctur. Añа.
Parauerunt impij Iudei forcipes, vt dilaniarent in obſcuro innocentem puerum. Pſalmus.
In Domino confido. 8.
Añа Innocens Simon, ⁊ ſine macula habitabit in tabernaculo tuo Domine: ⁊ requieſcet in monte ſancto tuo. Pſalmus.
Domine qs habitabit 8.
Añа Preueniſti eum Domine in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo. Pſal.
Domine in virtute tua. 9.
℣ Magna eſt gloria eius, in ſalutari tuo.
℟ Gloriam, ⁊ magnũ decorem impones ſuper eũ.
Pater nr̃. A vinculis.
Iube. Euangelice. L. vij.
Lcõ S. Euang ſm Matth.
In illo tempore, Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicentes. Quis putas, maior eſt in Regno celorum? ⁊ aduocans Ieſus paruulum, ſtatuit eũ in medio eorum. ⁊ reliq.
Hom. S. Ioan. Chriſoſt.
Uarioſe, inquit, ſeruamini vos, quis veſtrum maior ſit: ⁊ de primatus honore contenditis. Ego autem: ſi quis humiliorem ſe ceteris nõ effecerit: ipſe ingreſſu celeſti omnino indignum aſſero. Recte autem ante oculos oſtenſione paruuli totã rem poſuit, ipſo aſpectu eos conuertẽs, ac perſuadens: vt abſque ſimulatione aliqua humilitatem amplectantur. Paruuli autem non inuidere, nec inanẽ expectare gloriam: nec primatus deſiderare dignitatem nouerant. Non ergo fortitudine tantum, ac prudentia: ſed humilitatis quoque virtute, ⁊ ſimplicitate, nobis opus eſt: que ſi non adeſt, ſalus noſtra certe claudicat. ℟ Infimus olim puer ⁊ ignotus, nũc inter Chriſti martyres aſcitus omnia potes in eo qui te glorificauit. Quod miraculorum multitudo vndequaq; coruſcantiuz de-

demonſtrat. ℟. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Quod. Iube domne. Cuius colimus feſtum. Lec. viii.

Quicunq; ſuſceperit vnum talem paruulum in nomine meo, me ſuſcipit. Non ſolum inquit magna erit merces veſtra, ſi tales efficiamini: verum etiam ſi alios propter me honorabitis, propter veſtrū erga illos honorem regnum vobis retribuetur: quodque omnium extremum eſt, me ipſum ſuſcipietis: ita vehementer humilitate, & moribus, qui procul ab omni ſimulatione abſint, afficior. Paruos quidem hic ſimplices homines, atq; humiles: quos multi ſpernunt, appellauit.

℟. Intercede pro tua patria beate Simon, adiuuent nos tua merita, cuius precibus, & inuocatione multi deſperata ſanitate ſani facti ſunt. ℣. Qui noſtra ſorditate polluimur, & ſuperbia condemnamur, tua innocentia mundemur, & paſſione liberemur. Cuius. Iube domne. Ad ſocietatem. Lectio ix.

Qui autem ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis, qui in me credūt: expedit ei, vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Nam quemadmodum qui hos paruulos propter me honorant, cœlum poſſidebunt (inquit) imo vero ſolo quoque ipſo maius aliquid atque præſtātius. Sic & qui deſpiciūt, ac vituperant (hoc enim ſcandalizare hic ſignificat) maximo plectentur ſupplicio. Detrimentum autē quod huius criminis cauſa homines inuadet: & acerba ſupplicia, & ab his quę nobis notiſſima ſunt præ oculis poſuit.

Te Deum laudamus. 10.

AD LAVDES, & per Horas.

Aña. Conſilium fecerunt impij Iudęi: vt innocentem puerum raperent, & occiderent. Pſal.

Do-

Dominus regnauit. 10.
Aña. Tobias iniquus rapuit beatum Simonem, ꝛ eum in Sinagogã clam deduxit. Pſalmus.
Iubilate Deo omnis. 10.
Aña. Tenentes puerum, ſeui carnifices dicebant ad inuicem perforemus venas eius, ꝛ ſanguinem eius bibamus. Pſalmus.
Deus Deus meus. 11.
Aña. Crucifigatur a nobis infans iſte, ſicut a Patribus noſtris crucifixus eſt eius Dñs Jeſus Chriſtꝰ.
Cant. Benedicite. 11.
Aña. In contemptum Ieſu quem adorant Chriſtiani a planta pedis, vſqȝ ad verticem, non ſit in eo ſanitas. Pſalmus.
Laudate dñm de celis. 12.
Cap. Vidi ſupra montẽ Syon. vt ſup. in Veſp. 18.
Hym. Puer beate, 18.
℣. Juſtꝰ vt palma florebit.
℟. Sicut cedrus libani multiplicabitur.
Ad Benedictus. Aña.
Extenſus in modum crucis beatus Simon, ꝛ diris forcipibus, ꝛ acubus toto corpore ſauciatus eleuatis oculis in celum ſanctũ emiſit ſpiritum. Cant.
Benedictus dominus. 12.
Oratio vt ſupra.

AD TERTIAM.

Cap. Vidi ſupra montẽ Syon agnum ſtantem, ꝛ cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, ꝛ nomen patris eius ſcriptuȝ in frontibus ſuis.
℣. Gloria, ꝛ honore coronaſti eum domine.
℟. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuaꝝ. Coronaſti.
℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius.
℟. Coronaȝ de lapide precioſo.

AD SEXTAM.

Cap. Hi ſunt qui cuȝ mulieribus nõ ſunt coinquinati: virgines enim ſunt, ꝛ ſequuntur agnum quocunque ierit.
℣. Poſuiſti domine ſuper caput eius.
℟. Coronam de lapide precioſo. Super caput.
℣. Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.
℟. Gloriam ꝛ magnuȝ decorẽ imponens ſuper eũ.

AD NONAM.

Capit. Hi empti ſunt ex omnibus primitie Deo, ꝛ Agno,

Agno, ⁊ in ore, ipſorū non eſt inuentum mendaciū: ſine macula enim ſunt ante thronum Dei.
℣ Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo.
℟ Gloriā, ⁊ magnum decorē imponens ſuper eū.
℣ Juſtꝰ vt palma florebit.
℟ Sicut cedrus libani multiplicabitur.

AD VESPERAS.

Añe, ⁊ pſalmi vt ſupra in primis veſperis pſal. vltimus, Credidi. Capit. ⁊ Hym. vt ſupra.
℣ Juſtus vt palma floreb.
Ad Magnificat. Aña:

Letare ſterilis quę non paris, erumpe, ⁊ clama quę non parturis, ſed tu magis letare mater, letare, ⁊ iubila. Tridentina Eccleſia tanti filij ditata glīa.
Cant. Magnificat aīa.3.
Oratio vt ſupra.

Si hoc feſtū transferri cōtingat poſt oct. paſche, Inuitatorio, antiphonis, verſibus, reſponſorijs, lectionū, ⁊ breuibus addat allelulah, ⁊ pſalmi nocturnorum dn̄r ſub prima, aña cuiuſque nocturni, vt in alijs feſtis tpe paſchali.

FINIS.

# IN FESTO SANCTÆ MAXENTIÆ VIDVÆ, MATRIS S. VIGILII,

Quod celebratur die xxx. Aprilis.

Duplex.



AD VESPERAS.

Aña. Dum eſſet Rex in accubitu ſuo nardus mea dedit odorem ſuauitatis, Alleluia. Pſal.

Dixit Dominus dño. 2.

Aña In odorem vnguentorum tuorum currimus, adoleſcentulę dilexerunt te nimis, Alleluia. Pſal.

Laudate pueri dñm. 3.

Aña. Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit: ſurge amica mea, & veni, All.

Pſalmus.

Lætatus ſum in his, quę dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus.

Stantes erant pedes nři: in atrijs tuis Ieruſalem.

Ieruſalez quę ędificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini, teſtimoniuz Iſrael: ad confitenduz nomini domini.

Quia illic ſederũt ſedes in iudicio: ſedes ſuper domum Dauid.

Rogate quę ad pacẽ ſunt

Jeruſalem: ⁊ abundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: ⁊ abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos, ⁊ proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domum domini Dei noſtri: quęſiui bona tibi.
Gloria patri, ⁊ filio.
Aña. Jam hiems tranſijt, imber abijt, ⁊ receſſit: ſurge amica mea, ⁊ veni. All.
Aña. Ueni electa mea, ⁊ ponam in te thronum meum, Alleluia. Pſal.
Niſi dominus ędificauerit domum: in vanū laborauerunt, qui ędificant eam.
Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.
Uanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſt quam ſederitis, qui manducatis panem doloris.
Cuꝫ dederit dilectis ſuis ſomnum: ecce hereditas domini, filij merces fruct⁹ ventris.
Sicut ſagittę in manu potentis: ita filij excuſſorū.
Beatus vir, qui impleuit deſiderium ſuuꝫ ex ipſis: non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta. Gloria patri.
Aña. Ueni electa mea, ⁊ ponam in te thronum meum, Alleluia.
Aña. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Jeruſaleꝫ. Alle.
Pſalmus.
Lauda Jeruſalem dominum: lauda Deuꝫ tuum Sion.
Quoniaꝫ confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.
Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumenti ſatiat te.
Qui emittit eloquium ſuum terrę: velociter currit ſermo eius.
Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.
Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciē frigoris eius quis ſuſtinebit?
Emittet verbum ſuum, ⁊ liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, ⁊ fluent aquę.
Qui annunciat verbum ſuum Jacob: iuſtitias, ⁊ iudicia ſua Iſrael.
Non fecit taliter omni natio-

nationi: ⁊ iudicia ſua non manifeſtauit eis.
Gloria patri, ⁊ filio.
Aña. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Jeruſalē: Allel.

Capitulum.

Mulierem fortē quis inueniet? procul ⁊ de vltimis finibus pretiū eius: cōfidit in ea cor viri ſui, ⁊ ſpoliis non indigebit. ℟ Deo gratias.

Hymnus.

Huius obtentu deus alme noſtris
Parce iam culpis, vitia remittens:
Quo tibi puri reſonemus almum
Pectoris hymnum.
Gloria patri, genitęque proli,
Et tibi compar vtriuſque ſemper
Spiritus alme, Deus vnus, omni
Tempore ſecli: Amen.

℣ Specie tua, ⁊ pulchritudine tua: Alleluia.
℟ Intende proſpere procede ⁊ regna: Alleluia.

Ad Magnificat. Aña.
Hęc vidua prudens, ſperans in Deum, orationibus die nocteq; inſtabat: Allel. Alleluia. Cant. Magnificat. fol 3. Oratio.

Deus qui nobis ſolennem hunc diem, in honore beatę Maxentię celebrandum, concedis: fac nos pia eius interceſſione ita mādatis tuis inſeruire, vt poſt hanc vitā gaudiis tecū perfruamur ęternis. Per dn̄m noſtrū.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.
Laudemus Deum noſtrū, in confeſſione beatę Maxentie: Alleluia. Pſal.
Venite exultemus. fol 4.
Hym. Huius obtentu.
In primo nocturno Aña.
O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: Alleluia. Pſalmus.

Domine dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuū in vniuerſa terra.
Quoniam eleuata eſt magnificentia tua, ſup cęlos.
Ex ore infantiū, ⁊ lactentium perfeciſti laudē propter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum ⁊ vltorē.
Qm̄ videbo cęlos tuos, opera digitorum tuorū: lunam ⁊ ſtellas quę tu fundaſti.
Quid eſt homo? quod me

mor es eius: aut filius ho-
minis, qm̄ viſitas eum?
Minuiſti eum paulominꝰ
ab angelis, gloria ꝛ hono-
re coronaſti eum: ꝛ conſti
tuiſti euꝫ ſuper opera ma
nuum tuarum.
Omnia ſubiecisti ſub pe-
dibus eius: oues ꝛ boues
vniuerſas, inſuper ꝛ pe-
cora campi.
Volucres cęli, ꝛ piſces
maris: qui perambulant
ſemitas maris.
Domine dominꝰ noſter:
quam admirabile eſt no-
mē tuū in vniuerſa terra.
Gloria patri. Pſal.
Celi enarrant gloriā
Dei: ꝛ opera manuū
eius annunciat firmamen
tum.
Dies diei eructat verbū:
ꝛ nox nocti indicat ſcien-
tiam.
Non ſunt loquelę, neque
ſermones: quorum non
audiantur voces eorum.
In omnem terram exi-
uit ſonus eorum: ꝛ in fi-
nes orbis terrę verba eoꝝ
In ſole poſuit taberna-
culum ſuum: ꝛ ipſe tan-
quam ſponſus procedēs
de thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad cur
rendam viam: a ſummo
cęlo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſque
ad ſummū eius: nec eſt q
ſe abſcondat a calore eiꝰ.
Lex domini immaculata
conuertens animas, teſti-
moniuꝫ dn̄i fidele: ſapien-
tiam prę̄ſtans paruulis.
Iuſtitię dn̄i rectę, lętifi-
cantes corda: pręceptum
dn̄i lucidum, illuminans
oculos.
Timor dn̄i ſanctus, per-
manens in ſeculuꝫ ſeculi:
iudicia domini vera, iu-
ſtificata in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper au-
rum, ꝛ lapidem precioſuꝫ
multum: ꝛ dulciora ſuper
mel ꝛ fauum.
Etenim ſeruus tuus cu-
ſtodit ea: in cuſtodiendis
illis retributio multa.
Delicta quis intelligit?
ab occultis meis munda
me: ꝛ ab alienis parce ſer
uo tuo.
Si mei non fuerint domi
nati, tunc immaculatus
ero: ꝛ emundabor a deli-
cto maximo.
Et erunt vt complaceāt
eloquia oris mei: ꝛ medi-
tatio cordis mei in cōſpe-
ctu tuo ſemper.

Domine adiutor meus: ꝛ redemptor meus.

Gloria patri, ꝛ filio. Pſal.

Domini eſt terra, ꝛ plenitudo eius: orbis terrarum, ꝛ vniuerſi qui habitant in eo.

Quia ipſe ſup maria fundauit eum: ꝛ ſuper flumina preparauit eum.

Quis aſcendet in montē domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocēs manibus, ꝛ mūdo corde: qui non accepit in vano animam ſuaȝ, nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: ꝛ miſericordiā a deo ſalutari ſuo.

Hec eſt generatio querētium eum: querentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes veſtras: ꝛ eleuamini portę ęternales, ꝛ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus fortis ꝛ potens, dominus potēs in prelio.

Attollite portas principes veſtras, ꝛ eleuamini portę ęternales: ꝛ introibit rex glorię.

Quis eſt iſte rex glorię? dominus virtutum ipſe eſt rex glorię.

Gloria patri, ꝛ filio.

Aña. O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate: Alleluia.

℣ Specie tua, ꝛ pulchritudine tua: Alleluia.

℟ Intende proſpere procede, ꝛ regna: Alleluia.

Pater nr̄. Exaudi dñe. Jube do. Benedictione.

De parab. Salom. Lec. i.

Mulierem forteȝ quis inueniet? procul, ꝛ de vltimis finibus precium eius. Confidit in ea cor viri ſui, ꝛ ſpolijs non indigebit. Reddet ei bonuȝ, ꝛ non malū omnibus diebus vitę ſuę. Queſiuit lanā, ꝛ linū, ꝛ opata eſt cōſilio manuū ſuaꝝ. Facta ē quaſi nauis inſtitoris, de longe portans panē ſuuȝ. De nocte ſurrexit, deditque p̄daȝ domeſticis ſuis, ꝛ cibaria ancillis ſuis. Cōſiderauit agrū, ꝛ emit eū, de fructu manuū ſuaꝝ plātauit vineā. Accinxit fortitudine lūbos ſuos, ꝛ roborauit brachiū ſuū. ℟ Diffuſa eſt gr̄a in labijs tuis. Propterea bn̄dixit te de⁹

in eternum. Allel. allel. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere procede, ⁊ regna. Propterea benedixit. Jube domne. Unigenitus. Lectio ij.

Guſtauit, ⁊ vidit, quoniam bona eſt negotiatio eius: non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuã miſit ad fortia, ⁊ digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperem. Non timebit domui ſue a frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatã veſtem fecit ſibi, byſſus ⁊ purpura indumentũ ei⁹. Nobilis ĩ portis vir eius, quando ſederit cũ ſenatoribus terre. Sindonem fecit ⁊ vendidit, ⁊ cingulum tradidit Chananeo.

℟. Specie tua. ⁊ pulchritudine tua: Intende proſpere, procede, ⁊ regna. Alleluia, alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in eternum. Intende.

Jube domne. Spiritus ſancti. Lectio iij.

Fortitudo ⁊ decor indumentũ eius, ⁊ ridebit ĩ die nouiſſimo. Os ſuũ aperuit ſapiẽtie, ⁊ lex clementie in lingua eius. Conſiderauit ſemitas domus ſue, ⁊ panẽ ocioſa nõ comedit. Surrexerunt filij eius, ⁊ beatiſſimam predicauerunt: vir eius, ⁊ laudauit eam. Multe filie congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. Fallax gratia ⁊ vana eſt pulchritudo, mulier timens dominum ipſa laudabitur. Date ei de fructu manuum ſuarum, ⁊ laudent eã in portis opera eius. ℟. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiã: Et deducet te mirabiliter dextera tua: Alleluia, allel. ℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere, procede, ⁊ regna. Et deducet. Gloria patri, ⁊ filio. Et deducet te.

In ſecundo noctur. Aña. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere, procede, ⁊ regna: Alleluia. Pſalmus.

Eructauit coꝛ meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus ſcribę: velociter ſcribentis.

Speciosus foꝛma pꝛę filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: pꝛopterea benedixit te Deus in ęternum.

Accingere gladio tuo: ſuper femur tuum potentiſſime.

Specie tua, ⁊ pulchꝛitudine tua: intende, pꝛoſpere pꝛocede, ⁊ regna.

Pꝛopter veritatē, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam: ⁊ deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę: populi ſub te cadent in coꝛda inimicoꝛum regis.

Sedes tua Deus in ſeculuʒ ſeculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam, ⁊ odiſti iniquitatem: pꝛopterea vnxit te Deus Deus tuus, oleo lętitię pꝛę conſoꝛtibus tuis.

Myrrha ⁊ gutta ⁊ caſia a veſtimentis tuis, a domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filię regum in honoꝛe tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis, in veſtitu deaurato: circundata varietate.

Audi filia, ⁊ vide, ⁊ inclina aurem tuam: ⁊ obliuiſcere populuʒ tuum, ⁊ domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, ⁊ adoꝛabunt eum.

Et filię Tyri in muneribus: vultum tuum depꝛecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloꝛia eius filię regis ab intus: in fimbꝛijs aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam: pꝛoximę eius afferentur tibi.

Afferentur in lętitia ⁊ exultatione: adducentur in templum regis.

Pꝛo patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos pꝛincipes ſuper omnem terram.

Memoꝛes erunt nominis tui domine: in omni generatione ⁊ generationem.

Pꝛopterea populi confitebuntur tibi in ęternuʒ: ⁊ in ſeculum ſeculi.

Gloꝛia patri. Pſal.

Deus noſter, refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: ⁊ transferentur montes in cor maris.

Sonuerūt ⁊ turbatę ſunt aquę eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.

Deus in medio eius non cōmouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbatę ſunt gentes, ⁊ inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuā, ⁊ mota eſt terra.

Dñs virtutū nobiſcum: ſuſceptor nr̄ Deꝰ Jacob.

Venite, ⁊ videte opera domini, quę poſuit prodigia ſuper terram: auferēs bella vſqꝫ ad finem terrę.

Arcum conteret, ⁊ confringet arma: ⁊ ſcuta comburet igni.

Vacate ⁊ videte, qm̄ ego ſuꝫ deus: exaltabor in gentibꝰ, ⁊ exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Gloria patri. Pſal.

Magnus dominus, ⁊ laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in mōte ſancto eius.

Fundat exultatione vniuerſę terrę: mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.

Deus in domibꝰ eius cognoſcetur: cum ſuſcipiet eam.

Quoniam ecce reges terrę congregati ſunt: conuenerunt in vnum.

Ipſi videntes, ſic admirati ſunt: cōturbati ſunt, commoti ſunt, tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturiētis: in ſpiritu vehemēti, conteres naues Tharſis.

Sicut audiuimus, ſic vidimus in ciuitate domini virtutum, in ciuitate dei noſtri: Deus fundauit eā in ęternum.

Suſcepimus Deus miſericordiam tuaꝫ: in medio templi tui.

Secundum nomen tuuꝫ Deus, ſic ⁊ laus tua in fines terrę: iuſtitia plena eſt dextera tua.

Lę

L ętetur mons Sion, ⁊ exultent filię Iudę: propter iudicia tua domine.
C ircundate Sion, ⁊ complectimini eam: narrate in turribus eius.
P onite corda veſtra in virtute eius: ⁊ diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera
Q uoniam hic eſt Deus Deus noſter in ęternum ⁊ in ſeculum ſeculi: ipſe reget nos in ſecula.
G loria patri.
Añ. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere, ꝓcede, ⁊ regna. Alleluia.
℣. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo. Alleluia.
℟. Deus in medio eius nõ commouebitur. Allel.
P ater nr̃. Ipſius pietas. Iube domne. Deus pater omnipotens. Lec. iiij.

V T beatus Vigilius gubernaculum Tridẽtinę Eccleſię ſuſcepit, Maxẽtia quo minore impedimẽto ſeruire poſſet Deo, ſeceſſit in pagum, cui Maiano nomen eſt, nõ longe a lacu Toblino ſitum. Ibi ſancta mulier conſtructa ſibi domo, reliquum vitę tempus ieiunijs, orationibus, atque operibus miſericordię cũ traduxiſſet, pręter hęc, clara etiam miraculis, pridie kal. Maij ad cœleſtem patriam vocata eſt. Quo in loco fideles cõdito ſancto corpore, ſacellum deſuper extruxere, qđ adhuc ſeruat illius nomen. Sed Tridentum poſtea ſanctę reliquię ab Altimano Epõ tranſlatę ſunt, ⁊ in baſilica Sancti Vigilij reconditę. ℟. D ilexiſti iuſtitiaʒ ⁊ odiſti iniquitatẽ. Propterea vnxit te Deꝰ Deus tuus oleo lętitię. Alleluia, alleluia.
℣. Propter veritatem, ⁊ manſuetudinem, ⁊ iuſtitiam. Propterea vnxit. Iube domne. Chriſtus perpetuę. Lectio v.

I Am quę ſatis lingua, aut pagina prudentiam, ſanctitatem, fortitudinem Maxentię explicabit? Illa quidem Romano genere clara, proprio partu clarior, ſed virtutibus clariſſima eſt. Viri deſtituta præſidio, domum ſenili grauitate rexit:

Vi-

Viduitatem pertinaci caſtitatis propoſito exegit. Natorum optimaꝫ indolem in timore Dei, ⁊ chriſtiana pietate educauit. Iidem vt inſtruerentur diſciplinis honeſtis, curauit diligentiſſime. ℟. Fallax gratia, ⁊ vana eſt pulchritudo. Mulier timēs Deum, ipſa laudabitur: Alleluia, alleluia.

℣. Date ei de fructu manuum ſuarum, ⁊ laudent eam in portis opera eius. Mulier. Iube domne. Ignem ſui amoris. Lec. vj.

Non illam ſexus imbecillitas, non dulcedo patrię, non longinquitas viarum detinuit: quominus chariſſimos filios, ad propagandum Chriſti fidem proficiſcentes, Tridentinas vſq; in Alpes ſequeretur. Deinque in omni actione ſua nihil aliud ſtuduit, niſi vt Chriſto domino, quem tota mēte acceperat, vnice placeret: qui nunc fideli ſponſę retribuit coronam, quam pręparauit in ęternum. ℟. Veni electa mea, ⁊ ponā in te thronum meum: Quia concupiuit rex ſpeciem tuā, Alleluia, alleluia.

℣. Specie tua, ⁊ pulchritudine tua, intende proſpere, procede, ⁊ regna. Quia concupiuit.

Gloria. Quia cōcupiuit.

In tertio noct. Aña.

Nigra ſum ſed formoſa, filię Jeruſalem: ideo dilexit me Rex, ⁊ introduxit me in cubiculuꝫ ſuuꝫ: Alleluia. Pſalmus.

Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.

Cantate dño, ⁊ benedicite nomini eius: annunciate de die in diem ſalutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Qm̄ magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: terribilis eſt ſuper omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit.

Confeſſio ⁊ pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia, ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius.

Afferte domino patrię gētium: afferte dño gloriā ⁊ honorem: afferte domino

no gloriam nomini eius.

Tollite hoſtias, ⁊ introite in atria eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.

Commoueat̃ a facie eius vniuerſa terra: dicite in gentibus quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terrę, qui non commouebitur: iudicabit populos in ęquitate.

Letentur celi, ⁊ exultet terra, commoueatur mare, ⁊ plenitudo eius: gaudebunt cãpi, ⁊ omnia quę in eis ſunt.

Tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum a facie domini, quia venit: quoniã venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terrę in ęquitate: ⁊ populos in veritate ſua.

Gloria patri. Pſal.

Dominus regnauit, exultet terra: lętentur inſulę multę.

Nubes ⁊ caligo in circuitu eius: iuſtitia, ⁊ iudiciũ correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum pręcedet: ⁊ inflammabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terrę: vidit, ⁊ commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.

Annunciauerunt celi iuſtitiam eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: ⁊ qui gloriantur in ſimulacris ſuis.

Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, ⁊ lętata eſt Sion.

Et exultauerunt filię Iudę: propter iudicia tua domine.

Quoniam tu dominus altiſſimus ſuper omnẽ terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.

Qui diligitis dominum, odite malum: cuſtodit dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.

Lux orta eſt iuſto: ⁊ rectis corde lętitia.

Lętamini iuſti in domino: ⁊ confitemini memorię ſanctificationis eius.

Gloria patri. Pſal.

Cantate domino canticum nouum: quia mi-

mirabilia fecit.
Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.
Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.
Recordatus eſt miſericordię ſuę: & veritatis ſuę domui Iſrael.
Viderunt omnes termini terrę: ſalutare Dei noſtri.
Iubilate Deo omnis terra: cantate & exultate, & pſallite.
Pſallite domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubę cornee.
Iubilate in cõſpectu regis domini: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarum, & qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabunt a cõſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in equitate.
Gloria patri, & filio.
Aña. Nigra ſum ſed formoſa, filię Ieruſalẽ: ideo dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum ſuum: Alleluia.
℣ Elegit eam Deus, & pręelegit eam: Alleluia.
℟ In tabernaculo ſuo habitare facit eam: Allel.
Pater nr̃. A vinculis. Iube domne. Euãgelica.
Lcõ s Euag. ſm Mat. c. vij.

In illo tempore: dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnum celorum theſauro abſcondito, in agro. & reliqua.
Hom. S. Gregorij Papę.

Celorum regnum, Fratres cariſſimi, idcirco terrenis rebus ſimile dicit, vt ex his, quę animus nouit, ſurgat ad incognita, quę non nouit: quatenus exemplo viſibilium ſe ad inuiſibilia rapiat, & per ea quę vſu didicit, quaſi confricatus incaleſcat: vt per hoc quod ſcit notum diligere, diſcat & incognita amare. Ecce enim regnum celorum theſauro in agro abſcondito comparatur, quem qui inuenit homo abſcondit, & pre gaudio illius vadit,

dit, ⁊ vẽdit vniuerſa quę
habet, ⁊ emit agruz illuz.
℟. Pulchra facie, ſed pul-
chrior fide beata es Ma-
xentia reſpuens mundũz
lętaberis cum angelis.
Intercede pro omnibus
nobis Alleluia, alleluia.
℣. Specie tua, ⁊ pulchri-
tudine tua, intende pro-
ſpere, procede, ⁊ regna.
Intercede pro.
Iube domine. Cuius fe-
ſtum. Lectio viij.

Qua in re hoc quoqz
notandum eſt, ꝙ in-
uentus theſaurus abſcon
ditur, vt ſeruetur. Quia
ſtudium cęleſtis deſiderij
a malignis ſpiritibus cu-
ſtodire non ſufficit, q hoc
⁊ ab humanis laudibus
non abſcõdit. In pręſenti
etenim vita, quaſi in via
ſumus, qua ad patriam
pergimus. Maligni autẽ
ſpiritus iter noſtruz qua-
ſi quidam latrunculi obſi
dẽt. Deprędari ergo deſi-
derat, qui theſaurum pu-
blice portat in via. Hoc
autem dico, non vt proxi-
mi opera noſtra bona non
videant, cum ſcriptũ ſit.
Videant opera veſtra bo-
na, ⁊ glorificent patrez ve
ſtrum, qui in cęlis eſt: ſed
vt per hoc quod agimus,
laudes exterius non quę-
ramus. Sic autẽ ſit opus
in publico, quatenus in-
tentio maneat in occulto:
vt de bono opere proxi-
mis prębeamus exemplũ,
⁊ tamen per intentionez,
qua ſoli deo placere quę-
rimus, ſemper optemus
ſecretum. ℟. Regnũ mun-
di, ⁊ omnem ornatum ſę-
culi contempſi propter a-
morem domini mei Ieſu
Chriſti: Quem vidi, quẽ
amaui, in quem credidi,
quem dilexi. Allel. allel.
℣. Eructauit cor meum
verbum bonum: dico ego
opera mea regi. Quẽ vidi.
Gloria patri. Quem vidi.
Iube domine. Ad ſocie-
tatem. Lectio ix.

Theſaurus autem cę-
leſte eſt deſiderium:
ager vero, in quo theſau-
rus abſconditur, diſcipli-
na ſtudij cęleſtis. Quem
profecto agrum, venditis
omnibus cõparat, qui vo-
luptatibus carnis renun-
cians, cuncta ſua terrena
deſideria per diſciplinę
cęleſtis cuſtodiam calcet;
vt nihil iam qd caro blan-
ditur,

ditur, libeat: nihil quod carnalem vitam trucidat, ſpiritus perhorreſcat.
Hym. Te Deum laud. 10.

AD LAVDES,
& per Horas.

Aña. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuauitatis. Alleluia. Pſalmus.
Dominus regnauit. f. 10.
Aña. In odorem vnguentorum tuorum currimus, adoleſcentulę dilexerunt te nimis: Allel. Pſal.
Iubilate Deo omnis. 10.
Aña. Iam hiems tranſijt, imber abijt, & receſſit, ſurge amica mea, & veni: All.
Pſal. Deus Deus. 11.
Aña. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum: Allel. Cant.
Benedicite omnia. 11.
Aña. Iſta eſt ſpecioſa inter filias Hieruſalem: Alleluia. Pſal.
Laudate dominum. 12.
Capi. Mulierem forte. 24.
Hym. Huius obtentu.
℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis: Alleluia.
℟. Propterea benedixit te Deus in ęternum: All.
Ad Benedictus Aña.
Condigno honore beata Maxentia venit celebranda, quę prudenter domũ ſuam rexit, & filios domino in fide & charitate educauit: Alleluia.
Cant. Benedictus. fol. 12.
Oratio. Deus qui. fol. 24.

AD TERTIAM.

Aña. In odorem. Capit.
Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus precium eius: confidit in ea cor viri ſui, & ſpolijs non indigebit. ℟. Deo gratias.
℟. Specie tua, & pulchritudine tua.
℣. Intende, proſpere procede, & regna. Et pulchri.
℣. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo.
℟. Deus in medio eius nõ commouebitur.

AD SEXTAM.

Aña. Iam hiems. Cap.
Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperẽ: non timebit domui ſuę a frigoribus niuis. ℟. Deo grãs.
℟. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo.
℣. Deus in medio eius nõ commouebitur. Deus.
℣. Elegit eam Deus, Et pręelegit eam.

℟. In

℟. In tabernaculo ſuo habitare facit eam.

AD NONAM.

Añ. Iſta eſt ſpecioſa. Cap.

Multe filie congregauerunt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas: Fallax grã, ⁊ vana eſt pulchritudo: mulier timens dominū ipſa laudabitur.

℟. Deo gratias.

℟. Elegit eam Deus, Et preelegit eam.

℣. In tabernaculo ſuo habitare facit eam. Et preelegit eam.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis.

℟. Propterea benedixit te Deus in eternum.

In ſecundis Veſp. omnia vt in primis: ſed a capitulo fit de Apoſtolis Philippo, ⁊ Iacobo, cum cõme. S. Maxentie, vt ſequitur.

Añ. Maxentia non in delitijs viuere, ſed in bonis operibus fidei teſtimoniū habere ſtudens, vere viduitatis prebuit exemplum: Alleluia.

℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, Alleluia.

℟. Propterea benedixit te Deus in eternum: All.

Oro. Deus qui nobis. 24.

FINIS.

---

TRIDENTI,

*Impreſſa per Ioan. Baptiſtam, & Iacobum fratres de Gelminis de Sabbio, & venduntur in Bibliopola ſua ad Plateam.*

BIBLIOTECA DELLA CITTA DI TRENTO

P\ 5943

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T
0
op. f
157

# OFFICIA
## PROPRIA

EPISCOPI,
CENTIS
M,

Æ VIDVÆ,
Tridentina
itanda.

um pſalmis

BIBLIOTECA DELLA CITTÀ DI TRENTO



TRIDENTI,

Apud Ioan. Baptiſtam, & Iacobum Fratres à Gelminis de Sabbio.
Anno Domini, M. D. LXXXVIII.